
CONSTITVTIONES, ET DECRETA

TAM PRO REFORMANDIS BONARVM literarum Studijs, quàm pro reparanda uitæ Regularis Obſeruantia Ordinis Carmelitarum in Capitulo Generali Cremonæ in Conuentu S. Bartholomæi die 6. Iunij 1593. edita.

IVSSV REVERENDISSIMI MAGISTRI Io. Stephani Chizzolæ Cremonen. Prioris Generalis, & RR. Diffinitorum publicata, & impreſſa.







CREMONAE, Apud Chriſtophorum Draconium.
Ex Superiorum Conſenſu, 1593.

VNIVERSIS CARMELITIS NOSTRIS,

Fr. Ioannes Stephanus Chizzola Generalis eiuſdem Ordinis ſalutem in Domino.



Xploratiſſimum extat præclarã hanc vniuerſi machinam non ſolùm cõmunibus quibuſdam adminiſtrari ſanctionibus. ſed quaſq; nationes proprijs (quas municipales dicunt) regi, & gubernari legibus: cœterum cum eadem ſingulis, quos in dies euenire conſpicimus, euentibus proſpicere, ac oportunum remedium adhibere non valeant; iudicum, rectorũ, & principum munus illud eſſe affirmant, vt tãquam leges viuæ, legũq; interprætes peculiaribus applicent caſibus, ambiguas enucleent, obliuioni traditas ad memoriã

reuocent, easdem amplificent, quandoq; restringant, nonnullas abrogent, & annullent. Idipsum in Religionum vniuersitatibus pro temporum, ac locorum varietate euenire perspicuum est; vt nemini mirum esse debeat, si earum Superiores, & Rectores vitæ regularis, & obseruantiæ studiosi multa, & ea quidem varia, tum ad antiquorum statutorum declarationem, vel non inutilem quandam repetitionem, tum ad aliquorum ex illis necessariam abolitionem, tum demum ad emergentium rerum prouidā dispositionem nonnunquā cogantur sancire decreta. Ea de causa cum, post obitum bonæ memoriæ Reuerendissimi Magistri Io. Baptistæ Caffardi olim Prioris Generalis, Sanctiss. D. N. Clemens Papa VIII. vt Religionis nostræ regimini prouideret, nobis hanc curā demandarit; donec de Generali vniuersus Ordo prouideat; nosq; hortatus fuerit, imò districtè mandarit, vt regularem vitam, verāq; iuxtà Regulæ nostræ mitigationem per fel. recor. Eugenium IIII. olim factam, et salutaria instituta, sacrorumq; Canonum dispositionem obseruantiam introducturi; vitiorum radices euelle-

remus, virtutũ seminaria propagaremus, sacrarum literarũ studia foueremus, Dei Opt. Max. cultum amplificaremus, ac vniuersa demum religioso nostro viuendi instituto profutura, quo ad eius fieri poterit, perficeremus. Nos muneri nostro pro viribus satisfacere cupiẽtes, pro huius nostræ religionis vita regulari reparanda, et illustranda, nonnulla cogimur edere decreta, per quæ abusus, & vitia radicitus euellantur, virtutes restaurentur, ac veræ Religionis, pietatisq́; Carmelitica antiquus splendor reuocetur. Verùm, ne nobis ipsis nimium credere videremur, subsequuta electione Generalis, ea proposuimus examinanda in Diffinitorio primarijs nostri ordinis Patribus, qui omnes de vnanimi cõsensu eadem non solùm approbarunt, sed etiam cõmendarunt, & imprimenda esse decreuerunt; non reijcientes cæteras nostras Constitutiones, imò eas approbantes, nisi quatenus ijs nostris præsentibus decretis sunt contraria: libenti ergo animo, & eo, quo vos ardere credimus, regularis obseruantiæ desiderio, & zelo omnes ipsa complexuros confidimus, et, vt omnia boni, & æqui consulatis, plurimum cupimus, rogamus, & obtestamur. Valete in Domino.

INDEX CAPITVM.

INDEX CAPITVM.

CAPVT PRIMVM.

DE DIVINO OFFICIO, ET ALIIS spectantibus ad Ecclesiam, & Sacristiam.



VM illud sibi ob oculos statuant uniuersæ nationes pietate naturali adductæ, ut Deum pura mente, & ritibus quibusdam externis in primis colant, & uenerentur; dedecus summum foret, si religiosi uiri à cõmuni hominum consortio seiecti, ut Deo Optimo Maximo famulentur, in diuinis laudibus psallendis, & sincera religione sectanda, cœteros quosq; non antecellerent. Vnde cum graduatorũ numerus, Priorum negligentia, priuilegiatorumq; abusus, adeò excreuerit, ut Ecclesia suo debito defraudetur seruitio, statuimus, & ordinamus, ut deinceps nullus cuiuscunq; gradus existat per quodcunq; priuilegiũ, à choro eximatur, uel exemptus intelligatur, sed non obstante quacunq; cõsuetudine, priuilegio, aut constitutione antiqua, de mandato speciali Sanctissimi D. N. Clementis VIII. omnes in chorum conueniãt, & die, noctuq; diuinis officijs intersint, nisi sint Lectores, actu legentes, Prædicatores, actu prędicantes, pro die, quo actu legent, & prędicabunt, ac infirmi, & ualetudinarij: uerùm, ut laborum aliqua ratio habeatur, declaramus eos, qui iam quinquagesimum annum suæ ætatis compleuerunt, & per triginta annos religioni inseruierunt, à choro, nocturno tantum tempore exemptos, pręterquàm in festis maioribus duplicibus, quæ obseruantur

ab Ecclesia; Illos uerò, qui peracto sexagesimo anno, per quadraginta annos in religione laudabiliter uixerunt, etiam ab horis diurnis, missa maiori, uesperis, & completorio diebus sabbati, & uigiliarum B. M. V. exceptis, eximi uolumus, & definimus. Qui uerò annum quinquagesimum in religione compleuerunt, non cogantur ad diuina in choro persoluenda, nisi in quantum conscientia dictauerit; Missam tamen celebrare tenebuntur, nisi sint legitimè impediti.

2 In tabula cõmuni omnes describantur, nullo ad hoc suffragante priuilegio, exceptis Magistris, & actu legentibus, actuq; prędicantibus, & qui p quadraginta annos Religioni inseruiuerint, simulq; literas Paternitatis, uel Iubileorũ, obtinuerint; Quid uerò studentes pręstare debeant, suo loco dicetur.

3 Tempore diuinorum officiorum non liceat Priori facultatem alicui concedere exeundi monasterium; nisi pro urgenti necessitate, uel negocio publico moram nõ patiente, ab ipso Priore cognoscẽdo, qui uerò antè licentiam exeundi obtinuerit, domum hora debita reuertatur, ut missæ, & horis intersit, sub pœna leuis culpæ pro prima uice, & si in consuetudinẽ duxerit, grauior pœna ei applicetur, si in contemptum; tanquàm inobediens puniatur.

4 Diebus festis, pręterquàm à festo Inuentionis Sanctæ Crucis usque ad diem Exaltationis eiusdem, Regulares nostri semper ad diuina officia cappas albas deferant, & inter reliquos nunquam Sacristæ eisdem diebus Ecclesiam sine cappa alba ingrediãtur, omnibus uerò diebus sabbati ad completorium deferãtur à singulis fratribus cappæ albæ.

5 Semper horæ matutinæ, etiam tempore æstatis, mane

de

de nocte persoluant, exceptis tribus diebus antè Pascha, & per totam octauā Sacratissimi Corporis Christi, sub pœna depositionis ab officio Priori, & Subpriori, id permittentibus infligenda.

6 Officium paruum Beatiss. Virg. officium mortuorum, septem psalmi, quindecim graduales absoluant publicè in choro, cum officio maiori iuxta rubricas Breuiarij, nec ullus tunc temporis chorum egrediatur, sed omnes eidem officio intersint, secus facientes pro modo culpæ per Priorem corrigantur.

7 Non omittant Regulares nostri in horis canonicis ad primam legere Martirologium nuper reformatum iussu fel. re. Gregorij Papæ XIII. & eo tantum uti, omni alio prętermisso, ad pręscriptum dicti Pontificis.

8 Non deferantur libri, etiam sacri in chorum, sed oēs cum deuotione psallant, & diuina persoluant, immò quando in choro canendum est, nullus aliud officium, uel orationes recitet, & quando pulsantur organa in choro, & cantantur psalmi in omnibus horis canonicis, omnes fratres sedeant, eo modo, quo de ultimo psalmo uesperarum fuit ordinatum.

9 Subprior omnes, qui nō interfuerint horis canonicis, & missæ maiori, singulis diebus annotet, & si qui absq; causa legitima pręsentes non extiterint, Reuer. Priori, uel Pręsidenti in publico refectorio corrigendos denunciet, in quo, si Subprior non fuerit fidelis, & diligens, ab officio absoluatur.

10 Et cum homo à peccatis magis abstineat, quo actibus humanis expoliatus Deo propius accedit, contemplatioq;, & oratio mentalis Deo hominem coniungat, ut religiosi nostri in hac sancta meditatione se se exerceāt, statuimus quotidie bis, mane post primam, & in uespe-

ris poſt pulſationem ſalutationis Angelicæ tributum iſtud Deo perſolui debere, ita ut facto ſigno, omnes, nemine excepto, ad chorum conueniant, ibiq; per dimidium horæ orationi mentali, ſeu contemplationi uacet, ſub pœna priuationis uocis actiuæ, & paſſiuæ, his, qui poſt trinam admonitionem intereſſe neglexerint.

11 Cui contemplationi, ut humilitatis uirtus uniatur, uolumus, ut qualibet feria ſexta per totum annum, ac in uigilijs ex pręcepto, & B. Virginis, in Aduentu uerò, & Quadrageſima, ferijs ſecunda, quarta, & ſexta diſciplinas recipiant regulares noſtri manu Superioris poſt matutinas, in quo ſi Superiores negligentes fuerint, ab officijs ſuis abſoluantur.

12 Sæpius Sacerdotes noſtri ituri ad Miſſæ celebrationem in aliorum exemplum in publico peccata ſua confiteantur, & prius quàm ueſtes ſacras induant, Miſſam, & omnia, quæ alta uoce ſunt dicturi, perlegant.

13 Accommodetur ſaltem unum altarioſum in minoribus Eccleſijs, & duo ad minus in maioribus in Sacriſtia, ubi Sacerdotes celebraturi, orationes antè, & poſt Miſſam recitare, & ſe ſe ad tantum ſacrificium diſponere, necnon ubi opus fuerit, peccatorum ſuorum confeſſionem facere ualeant.

14 Sacerdotes celebraturi, poſtquàm ſacras ueſtes induerint, non deambulent per Sacriſtiam, neq; confabulentur, ſed genuflexi miſterium ad quod acceſſuri ſunt, attentè meditentur, uel orationes aliquas pro deuotione excitanda recitent, negligentesq; pro modo culpæ puniantur.

15 Sacriſtæ in ſchedula qualibet die omnes ſacerdotes celebrantes, fideliter, ſub pœna depoſitionis ab officio, deſcribant, quam Reuerendo Priori, uel Pręſidenti in

Refe-

Refectorio legendam tradant, ut qui cessante legitimo impedimento non celebrauerint, puniantur.

16 Sacristæ sint modesti, & humiles in omnibus, quòd si aliquis ex illis uerba iniuriosa, aut etiam ad indignationem prouocātia contra aliquem secularem in Sacristia, uel Ecclesia proferre ausus fuerit, statim officio suo priuetur.

17 Adhibeatur exacta diligentia, ut Ecclesia saltem bis in hebdomada, & si opus fuerit etiā quotidie, ab omni expurgetur immunditia, tā in parietibus, quàm in pauimento, & quolibet mense in tecto, in quo si negligentes fuerint Sacristæ, puniantur pro modo culpæ à Reuer. Priore, quòd si Prior neglexerit, tā ipse, quàm Sacristæ à suis absoluantur officijs, & de hoc Clauarij certiorem faciant Patrem Ordinis.

18 Altaria sint tribus tobaleis distinctis, palijs, candelabris, lapidibus sacris, scabellis, Cruceq;, ac alijs necessarijs ornata quotidie.

19 Altaria quotidie à puluere, & aranearū telis curent, & ubi Missæ fuerint finitæ, cooperiantur aliquo panno.

20 Qualibet hebdomada purgentur ab immunditijs uasa, in quibus reponitur aqua benedicta, sub pœna grauioris culpæ per tres dies Sacristis negligentibus.

21 Mandamus Sacristis, sub pœna depositionis ab eorū officijs, ut de quindena in quindenā corporalia abluāt, & purgent, singulisq; octo diebus purificatoria mūdēt.

22 Pallæ, seu coopercula calicis, mappæ, seu, ut loquuntur, corporalia, sint linea, & alba, nequaquam sericea, neq; depicta, uel colorata: de consecratione, distinct. 1. cap. consulto.


23 Corporalia, & pallæ pro prima uice ad sacrum ministerium non adhibeantur nisi sint consecrata, uel benedicta,

CONSTITVTIONES,
ET DECRETA

TAM PRO REFORMANDIS BONARVM literarum Studijs, quam pro reparanda vitae Regularis Obseruantia Ordinis Carmelitarum in Capitulo Generali Cremonae in Conuentu S. Bartholomaei die 6. Iunij 1593 edita.

IVSSV REVERENDISSIMI MAGISTRI Io. Stephani Chizzolae Cremonen. totius Ordinis Generalis, & eius Diffinitorum publicata, & impressa.







CREMONAE, Apud Christophorum Draconium. De Superiorum Concessione. 1593.

VNIVERSIS CARMELITIS NOSTRIS,

Fr. Ioannes Stephanus Chizzola Generalis eiusdem Ordinis salutem in Domino.



Xploratiſſimum extat præclarã hanc vniuerſi machinam non ſolùm cõmunibus quibuſdam adminiſtrari ſanctionibus, ſed quaſq; nationes proprijs (quas municipales dicunt) regi, & gubernari legibus: cœterum cum eadem ſingulis, quos in dies euenire conſpicimus, euentibus proſpicere, ac oportunum remedium adhibere non valeant; iudicum, rectorũ, & principum munus illud eſſe affirmant, vt tãquam leges viuæ, legũq; interpretes peculiaribus applicent caſibus, ambiguas enucleent, oblinioni traditas ad memoriã

reuocent, easdem amplificent, quandoq; restrin-gant, nõnullas abrogent, & annullent. Idipsum in Religionum vniuersitatibus pro temporum, ac locorum varietate euenire perspicuum est; vt nemini mirum esse debeat, si earum Superiores, & Rectores vitæ regularis, & obseruantiæ studiosi multa, & ea quidem varia, tum ad antiquorum statutorum declarationem, vel non inutilem quandam repetitionem, tum ad aliquorum ex illis necessariam abolitionem, tum demum ad emergentium rerum prouidã dispositionem non-nunquã cogãtur sancire decreta. Ea de causa cum, post obitum bonæ memoriæ Reuerendißimi Magistri Io. Baptistæ Caffardi olim Prioris Generalis, Sanctiß. D. N. Clemens Papa VIII. vt Religionis nostræ regimini prouideret, nobis hanc curã demandarit; donec de Generali vniuersus Ordo prouideat; nosq; hortatus fuerit, imò districtè mandarit, vt regularem vitam, verãq; iuxtà Regulæ nostræ mitigationem per fel. recor. Eugenium IIII. olim factam, et salutaria instituta, sacrorumq; Canonum dispositionem obseruantiam introducturi, vitiorum radices euelle-

remus, virtutū seminaria propagaremus, sacrarum literarū studia foueremus, Dei Opt. Max. cultum amplificaremus, ac vniuersa demum religioso nostro viuendi instituto profutura, quo ad eius fieri poterit, perficeremus. Nos muneri nostro pro viribus satisfacere cupiētes, pro huius nostræ religionis vita regulari reparanda, et illustranda, nonnulla cogimur edere decreta, per quæ abusus, & vitia radicitus euellantur, virtutes restaurentur, ac veræ Religionis, pietatisq́; Carmeliticæ antiquus splendor reuocetur. Verùm, ne nobis ipsis nimium credere videremur, subsequuta electione Generalis, ea proposuimus examinanda in Diffinitorio primarijs nostri ordinis Patribus, qui omnes de vnanimi cōsensu eadem non solùm approbarunt, sed etiam cōmendarunt, & imprimenda esse decreuerunt; non reijcientes cæteras nostras Constitutiones, imò eas approbantes, nisi quatenus ijs nostris præsentibus decretis sunt contraria: libenti ergo animo, & eo, quo vos ardere credimus, regularis obseruantiæ desiderio, & zelo omnes ipsa complexuros confidimus, et, vt omnia boni, & æqui consulatis, plurimum cupimus, rogamus, & obtestamur. Valete in Domino.

INDEX CAPITVM.

CAPVT PRIMVM.

DE DIVINO OFFICIO, ET ALIIS spectantibus ad Ecclesiam, & Sacristiam.



VM illud sibi ob oculos statuant uniuersæ nationes pietate naturali adductæ, ut Deum pura mente, & ritibus quibusdam externis in primis colant, & uenerentur; dedecus summum foret, si religiosi uiri, à cōmuni hominum consortio selecti, ut Deo Optimo Maximo famulentur, in diuinis laudibus psallendis, & sincera religione sectanda, cœteros quosq; non antecellerent. Vnde cum graduatorū numerus, Priorum negligentia, priuilegiatorumq; abusus, adeò excreuerit, ut Ecclesia suo debito defraudetur seruitio, statuimus, & ordinamus, ut deinceps nullus cuiuscunq; gradus existat per quodcunq; priuilegiū, à choro eximatur, uel exemptus intelligatur, sed non obstante quacunq; cōsuetudine, priuilegio, aut constitutione antiqua, de mandato speciali Sanctissimi D. N. CLEMENTIS VIII. omnes in chorum conueniāt, & die, noctuq; diuinis officijs intersint, nisi sint Lectores, actu legentes, Prædicatores, actu prędicantes, pro die, quo actu legent, & prędicabunt, ac infirmi, & ualetudinarij: uerùm, ut laborum aliqua ratio habeatur, declaramus eos, qui iam quinquagesimum annum suæ ætatis compleuerunt, & per triginta annos religioni inseruierunt, à choro, nocturno tantum tempore exemptos, pręterquàm in festis maioribus duplicibus, quæ obseruantur

ab Ecclesia; Illos uerò, qui peracto sexagesimo anno, per quadraginta annos in religione laudabiliter uixerunt, etiam ab horis diurnis, missa maiori, uesperis, & completorio diebus sabbati, & uigiliarum B.M.V. exceptis, eximi uolumus, & definimus. Qui uerò annum quinquagesimum in religione compleuerunt, non cogantur ad diuina in choro persoluenda, nisi in quantum conscientia dictauerit, Missam tamen celebrare tenebuntur, nisi sint legitimè impediti.

2 In tabula cõmuni omnes describantur, nullo ad hoc suffragante priuilegio, exceptis Magistris, & actu legentibus, actuq; prędicantibus, & qui p quadraginta annos Religioni inseruiuerint, simulq; literas Paternitatis, uel Iubileorũ, obtinuerint; Quid uerò studentes prestare debeant, suo loco dicetur.

3 Tempore diuinorum officiorum non liceat Priori facultatem alicui concedere exeundi monasterium, nisi pro urgenti necessitate, uel negocio publico moram nõ patiente, ab ipso Priore cognoscẽdo, qui uerò antè licentiam exeundi obtinuerit, domum hora debitá reuertatur, ut missæ, & horis intersit, sub pœna leuis culpæ pro prima uice, & si in consuetudinẽ duxerit, grauior pœ ei applicetur, si in contemptum; tanquàm inobediens puniatur.

4 Diebus festis, prętérquàm à festo Inuentionis Sanctæ Crucis usque ad diem Exaltationis eiusdem, Regulares nostri semper ad diuina officia cappas albas deferant, & inter reliquos nunquam Sacristæ eisdem diebus Ecclesiam sine cappa alba ingrediãtur, omnibus uerò diebus sabbati ad completorium deferãtur à singulis fratribus cappæ albæ.

5 Semper horæ matutinæ, etiam tempore æstatis, mane

de

de nocte persoluant, exceptis tribus diebus antè Pascha, & per totam octauā Sacratissimi Corporis Christi, sub pœna depositionis ab officio Priori, & Subpriori, id permittentibus infligenda.

6 Officium paruum Beatiss. Virg. officium mortuorum, septem psalmi, quindecim graduales absoluant publicè in choro, cum officio maiori iuxta rubricas Breuiarij, nec ullus tunc temporis chorum egrediatur, sed omnes eidem officio intersint, secus facientes pro modo culpæ per Priorem corrigantur.

7 Non omittant Regulares nostri in horis canonicis ad primam legere Martirologium nuper reformatum iussu fel. re. Gregorij Papæ XIII. & eo tantum uti, omni alio prętermisso, ad pręscriptum dicti Pontificis.

8 Non deferantur libri, etiam sacri in chorum, sed oēs cum deuotione psallant, & diuina persoluant, immò quando in choro canendum est, nullus aliud officium, uel orationes recitet, & quando pulsantur organa in choro, & cantantur psalmi in omnibus horis canonicis, omnes fratres sedeant, eo modo, quo de ultimo psalmo uesperarum fuit ordinatum.

9 Subprior omnes, qui nō interfuerint horis canonicis, & missæ maiori, singulis diebus annotet, & si qui absq; causa legitima pręsentes non extiterint, Reuer. Priori, uel Pręsidenti in publico refectorio corrigendos denunciet, in quo, si Subprior non fuerit fidelis, & diligens, ab officio absoluatur.

10 Et cum homo à peccatis magis abstineat, quo actibus humanis expoliatus Deo propius accedit, contemplatioq;, & oratio mentalis Deo hominem coniungat, ut religiosi nostri in hac sancta meditatione se se exerceāt, statuimus quotidie bis, mane post primam, & in uespe-

ris post pulsationem salutationis Angelicæ, tributum istud Deo persolui debere, ita ut facto signo, omnes, nemine excepto, ad chorum conueniant, ibiq; per dimidium horæ orationi mentali, seu contemplationi uacet, sub pœna priuationis uocis actiuæ, & passiuæ, his, qui post trinam admonitionem interesse neglexerint.

11 Cui contemplationi, ut humilitatis uirtus uniatur, uolumus, ut qualibet feria sexta per totum annum, ac in uigilijs ex precepto, & B. Virginis, in Aduentu uerò, & Quadragesima, ferijs secunda, quarta, & sexta disciplinas recipiant regulares nostri manu Superioris post matutinas, in quo si Superiores negligentes fuerint, ab officijs suis absoluantur.

12 Sæpius Sacerdotes nostri ituri ad Missæ celebrationem in aliorum exemplum in publico peccata sua confiteantur, & prius quàm uestes sacras induant, Missam, & omnia, quæ alta uoce sunt dicturi, perlegant.

13 Accommodetur saltem unum altariolum in minoribus Ecclesijs, & duo ad minus in maioribus in Sacristia, ubi Sacerdotes celebraturi, orationes antè, & post Missam recitare, & se se ad tantum sacrificium disponere, necnon ubi opus fuerit, peccatorum suorum confessionem facere ualeant.

14 Sacerdotes celebraturi, postquàm sacras uestes induerint, non deambulent per Sacristiam, neq; confabulentur, sed genuflexi misterium ad quod accessuri sunt, attentè meditentur, uel orationes aliquas pro deuotione excitanda recitent, negligentesq; pro modo culpæ puniantur.

15 Sacristæ in schedula qualibet die omnes sacerdotes celebrantes, fideliter, sub pœna depositionis ab officio, describant, quam Reuerendo Priori, uel Presidenti in

Refe-

Refectorio legendam tradant, ut qui cessante legitimè impedimento non celebrauerint, puniantur.

16 Sacristæ sint modesti, & humiles in omnibus, quòd si aliquis ex illis uerba iniuriosa, aut etiam ad indignationem prouocãtia contra aliquem secularem in Sacristia, uel Ecclesia proferre ausus fuerit, statim officio suo priuetur.

17 Adhibeatur exacta diligentia, ut Ecclesia saltem bis in hebdomada, & si opus fuerit etiã quotidie, ab omni expurgetur immunditia, tã in parietibus, quàm in pauimento, & quolibet mense in tecto, in quo si negligentes fuerint Sacristæ, puniantur pro modo culpæ à Reuer. Priore, quòd si Prior neglexerit, tã ipse, quàm Sacristæ à suis absoluantur officijs, & de hoc Clauarij certiorem faciant Patrem Ordinis.

18 Altaria sint tribus tobaleis distinctis, palijs, candelabris, lapidibus sacris, scabellis, Cruceq;, ac alijs necessarijs ornata quotidie.

19 Altaria quotidie à puluere, & aranearũ telis curent, & ubi Missæ fuerint finitæ, cooperiantur aliquo panno.

20 Qualibet hebdomada purgentur ab immunditijs uasa, in quibus reponitur aqua benedicta, sub pœna grauioris culpæ per tres dies Sacristis negligentibus.

21 Mandamus Sacristis, sub pœna depositionis ab eorũ officijs, ut de quindena, in quindenã corporalia abluãt, & purgent, singulisq; octo diebus purificatoria mũdẽt.

22 Pallæ, seu coopercula calicis, mappæ, seu, ut loquuntur, corporalia, sint linea, & alba, nequaquam sericea, neq; depicta, uel colorata: de consecratione, distinct. 1. cap. consulto.

23 Corporalia, & pallæ pro prima uice ad sacrum ministerium non adhibeantur nisi sint consecrata, uel bene-

dicta, ut ibidem pręcipitur.

24 Purificatoria, Corporalia, Pallæ, & cœtera huiusmodi, quæ sacro ministerio inseruiunt, ubi fuerint uetustate consumpta, nulli penitus usui applicentur profano, sed ut habetur de consecratione, distinct. prima, cap. Altaris pallæ, igni tradantur, & cinis in piscinam proijciatur.

25 Construatur in singulis Ecclesijs nostris, uel propè ostium Sacristiæ, uel in aliquo angulo, aut commodiori loco conueniens fouea lapide decenti cooperta, quam piscinam uocant, ut in eam proijciantur aquæ, quibus fuerint lotæ res sacræ, & cineres earundem, indignum est enim introeuntiũ pedibus inquinari, sicuti ubi supra statuitur.

26 Nullus frater cuiuscunq; conditionis, & gradus existens, pręter personas publicas, in Ecclesiæ, uel Sacristiæ obsequium deputatas, accedat ad Ecclesiam, uel Sacristiam, nisi uocatus à Sacristis, aut pro sacro faciendo, aut pro confessionibus audiendis. uel alia iusta de causa, sub pœna grauiori pro prima, grauissima pro secunda, criminis de furto confessi, & conuicti pro tertia uice infligenda, & qui sic uocatus fuerit, nõ audeat eleemosynas oblatas recipere, nec in Ecclesia, uel sacrario deambulare, aut cum secularibus colloquia facere, nisi de licentia speciali Reue. Prioris. & qui aliter facere pręsumpserit, supradictis pœnis plectetur.

27 Singulis diebus festiuis, sabbatis, ferijs Quadragesimæ, ac alijs secundum populi deuotionem, deputetur altare pro Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento laicis, & secularibus administrando.

28 Ordinentur saltem duo confessarij, qui semper ibidẽ assistant, pro illorum, qui cõmunionem recipere uoluerint, confessionibus audiendis, & sacerdos cum stola, &

super-

superpelliceo, unà cũ clerico, pro dicto Sacramento administrãdo, & tunc nullus eleemosynas petere audeat. 7

29 Diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum qualibet hebdomada mutetur, & sacerdos, cui istud incumbet, diligenter aduertat quascunque reliquias, etiam minimas sumere.

30 Prohibemus ne in posterum quis audeat in patena Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum alij porrigere, sed omninò in pixide, aut in calice, ob innumera scandala, quæ sępissimè euenire conspicimus.

31 Aptentur altaria, ubi commodè fieri poterit, saltem ad longitudinem octo palmorũ, latitudinem uerò quatuor, in singulis uerò accõmodentur Crux, & duo candelabra, & si quæ sunt, quæ patronos habeant, admoneantur pro huiusmodi expensis faciendis.

32 Conficiantũ lapides sacri in singulis altaribus ad mensuram longitudinis duorum palmorũ, latitudinis uerò unius cum dimidio, & ita sint inclusi in altari, ut parum, aut nihil emineant, ad euitanda scandala, quæ euenire possunt.

33 Reponantur scabella lignea subtus pedes sacerdotis celebrantis ad mensuram longitudinis, & latitudinis altariũ, latitudinis uerò, seu profunditatis unius palmi.

34 Conficiatur in singulis Conuentibus tabula in carta pergamena, describanturq; ibi anniuersaria, missæ; & alia omnia, ad quæ pro legatis, & eleemosynis receptis fratres illius Conuentus tenentur, & si contigerit pro aliquibus particularibus nobilibus, ad missæ quotidie celebrationem astringi, sufficiet ponere in die obitus illius nobilis huiusmodi debitum, & obligationem, quæ tabula in Sacristia sit in loco competenti, & publico affixa tam ad fidelium exemplũ, & edificationem, quàm

ad

ad ipsorummet fratrum memoriam.

35 Si contigerit Priorem, aut Prouincialem, aut Clauarios cum illis, uelle res diuinis obsequijs dicatas uendere, aut pignorare, nullo modo obediat Sacrista, quòd si hac de causa uoluerint ipsum amouere, & (quod absit) amouerint, uel punire tentarint, aut minati fuerint, tũ illos statim esse priuatos officijs suis definimus, & firmiter decernimus. Si autem realiter uentum fuerit per quemcunque ad talium rerum alienationem, uel oppignorationem citrà casum summæ necessitatis, præter excommunicationis latæ sententiæ pœnam, eos per decem annos inhabiles ad oĩa officia in ordine, & quibuscunque gradibus priuatos, uoce quoque, & loco solùm per Capitulũ generale restituendos declaramus.

36 Prior, & Clauarij pecunias subministrabunt, iuxtà conuentus facultatem pro expensis, quas pro Ecclesia, & Sacristia in dies fieri continget, Sacrista tamen nullas ex suo capite, & cerebro faciat expẽsas, sed de eo, quod opus esse cognouerit, Priorem, & Clauarios admoneat, qui, quod erit faciendum, statuant, & de pecunijs prouidebunt, sed uideant ne in necessarijs deficiant, nullã conuentus paupertatem allegantes.

CAPVT SECVNDVM.

DE PROPRIETATE, ET PROPRIETARIIS.

5 Nfra spatium unius mensis Regulares nostri cuiuscunq; gradus, & conditionis extiterint, sub pœna proprietarijs debita, attribuent, & assignabunt monasterio omnes prouẽtus, seu

reditus

reditus quouis modo sibi debitos, & super eis nouas cautelas, seu pactiones, & instrumenta, si opus fuerit, nomine Conuentus faciant.

2 Regulares nostri poterunt habere usum rerum mobilium permissum à Sacro Cócilio, qui usus sit incertus, & facti, & non certus, neque iuris, quia debent pendere à Superiorum uoluntate.

3 Mandamus itaque in omnibus Conuentibus haberi arcam depositi, in arca trium clauium inclusam, & oĩa fratribus nostris erogata, uel acquisita ex prędicationibus, lectionibus, confessionibus, consanguinitate, pio affectu, industria, aut alio quouis modo reponi, & concludi in illa arca depositi, æquè, ac bona Religionis, & bona communia illic ad fratrum omnium subleuandas necessitates reposita. Poterunt tamen parentes, & consanguinei ex dictis eleemosynis, intuitu pietatis, subleuari de licentia Generalis, uel saltem Prouincialis, accedente uoto Discretorum Conuentus.

4 In arca communi trium clauium concludatur arca depositi conclusa, cuius clauem depositarius apud se retinebit, sine cuius prę sentia, etiam de mandato Superioris dicta arca depositi non poterit aperiri, & liber habeatur, in quo depositæ pecuniæ scribãtur, quæ non nisi pro singulorum fratrum necessitatibus subleuandis extrahi poterunt.

5 Pecuniæ etenim fratrum, quamuis sint cõmunitatis Cõuentus, tamen ne destituantur in necessitatibus filij nostri ordinis, & prę sertim seniores, infirmi, ualetudinarij, & cœteri pauperes religiosi, quæ pro illorum necessitatibus supplendis erunt decreta, conseruabuntur sine ulla fraude, neque ad alios usus applicabuntur, sub pœna depositionis Priori infligenda.

6 Cum fratres pro suis necessitatibus de pecunijs conseruatis aliquam portionem postulauerint, Reu. Prior, Patresq; Clauarij ipsi benignè concedent, & pręcipient depositario placidè elargiri postulātibus, remota omni tarditate, ea tamen conditione, ut non fratris priuati, sed expenditoris publici manu ęxponatur.

7 Nemo dicat meum, aut tuum; ut potè mea camera, mea pecunia, mea uestis; sed dicat hęc res est mei usus, uel dicat est nostra, uel uestra, id est uestrum, aut nostrū, sic enim statuitur in regula nostra.

8 Si euenerit fratrem mutari de Conuentu in Conuentum, pecuniæ illi congruentes, uel ab eo acquisitæ mittantur ad arcam illius Conuentus, in quem se recipiet, uel per ipsummet, uel alium immediatè cùm recesserit, uel antè illius recessum, singrapha manu Prioris ad aliū Priorem cōscribenda, ꝓ notitia pecuniæ trāsmittenda.

9 Fiant inuentaria omnium rerum mobilium, nedum ad usum cuilibet fratri concessarum, sed earum etiam, quæ publicis, & communibus monasterij usibus sunt deputatæ, & singulo anno infra Pascha Resurrectionis, & festum Ascensionis renouentur, ac in arca depositi conseruentur, sub pœna depositionis ab officio Prioribus, si in hoc negligentes reperti fuerint.

10 Prouideatur de quibuscunque rebus necessarijs tam pro dormitione, quàm pro alijs omnibus regularibus nostris, & singulæ cellæ nostrorum regularium sint supellectilibus omnibus munitæ, prout paupertas nostra tulerit.

11 Quoniam Priorum negligentia non punitur, in dies crescit, idcircò statuimus, ut ipsi omnium mobilium, etiam ad usum cuilibet fratri concessorū rationem reddere teneātur, ita ut si ex illis aliqua perierint, omninò

ipsi

ipsi ad satisfactionem conuentui faciendam compellantur, ex his, quæ ipsis ad usum incertum à religione sunt permissa.

12 Statuimus spolia quorumcunque nostrorum regularium, quos in dies mori contigerit, applicari debere fabricæ D. Mariæ Transpontinæ, exceptis libris applicandis, prout dicitur in capite de Collegijs, declaramus tamen bona illa stabilia, super quibus aliquod ius Conuentus acquisiuerunt, esse eorum Conuentuum, qui ius iam acquisiuerunt.

13 Camerarum usus sit omninò incertus, ad libitum R. Prioris, prout pręcipit Regula nostra, nec ulli cuiusuis gradus, & conditionis suffragentur literæ à quocunque concessæ, & hoc de mandato speciali Sanctissimi D. N. Papæ CLEMENTIS VIII. desuper nobis facto.

14 Nullus Prior in posterùm audeat cuipiam religioso pecunias tradere expendendas, sed omnia expendātur per manum Procuratoris Conuentus, uel alterius personæ ad id per Priorem deputatæ, sub pœna depositionis ab officio Priori permittenti, & amissionis omnium bonorùm regulari contrauenienti irremissibiliter infligenda. Ita tamen, ut à Prioribus, ne expensæ in immensum, uel ad libitum crescant, pro uniuscuiusque fratris uestiario expendantùr quinq; aurei in auro, quotannis.

15 Semper fuit probrosum, & uitiosum unum esurire, & alium ebrium esse, attendatur ergo, ut fratres cognoscant bona esse communia, modum uiuendi esse cōmunem, neque inter eos unum agere dominum, alium tractari ut captiuum, ideò de bonis cōmunitatis nemo sibi plus arroget, quàm sit iustum, & tamen bona communitatis debent omnes participare, ut casuum necessitas expostulat, & quæ sunt cōmunitati fratrum debita,

ęqualiter diſpenſentur, & tradantur iuxtà facultatem Conuentus, & etiam incolumitatis, & conſeruationis religioſorum, inſpectis etiam ætatibus, & qualitatibus ſingulorum, ut prȩcipitur in regula noſtra.

16 Si quis Prior ſuis temporibus debitis religioſis ſibi ſubditis ueſtiarium non exhibuerit, omninò ad id compellatur in Capitulo Prouinciali, ſeu in uiſitatione, & carceri tradatur, nec inde extrahatur, donec integrè ſatisfecerit, & deinde abſoluatur ab officio, inhabilis ad Prioratus officium per decennium.

17 In ſingulis Conuentibus prouideatur ſingulis fratribus de pane, uino, & obſonio, iuxtà ordinis noſtri paupertatem, ſub pœna depoſitionis ab officio Prioribus infligenda, ſi prouidere recuſauerint, nulla ſuper hoc admiſſa excuſatione.

18 Vt autem munda, ac nitida ſit refectio, & cibus ea, qua decet regulares, munditia capiatur, mandatur Reuerendo Priori, ut quamprimum pro cõmuni refectorio de mappis, & mantilibus prouideat, ut qualibet hebdomada aptè mutari poſſint, in quo ſi ſeruitores Refectorij defecerint, pro ſingula uice una diſciplina cum pſalmo Miſerere corripiantur.

19 Emere etiam faciat ſufficientes cyathos Reu. Prior pro communi uſu refectorij, & ſi ſumptus monaſterio uidebitur grauis, conſtruere faciat pocula, ſeu crateres terreos, & in eis bibent regulares noſtri.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

DE HONESTATE INTRA *Monasterium seruanda.*

1 IN omnibus electionibus habendis seruetur modus descriptus in constitutionibus par. 4. cap. 6. §. 3.

2 Priores uerò locales cuiuscunq; ætatis (modò sint sacerdotes) poterunt eligi iuxta formã nostrarum constitutionum.

3 In Conuentibus maioribus nõ immediatè Reuerendissimo Patri subiectis Priores eligantur à gremialibus Conuentus, facta nominatione à Prouinciali eius Prouinciæ. In Conuentibus autem minoribus fiat electio in Capitulo Prouinciali à Reu. Diffinitorio, infra annũ uerò si ob aliquam iustam causam sit mutandus Prior, instituatur alius à Prouinciale.

4 Priores sint uigiles, ut diligenter seruetur clausura Conuentus, neque ullo pacto quacunque de causa permittant ullam mulierem, cuiuscunque conditionis, & ætatis existat, ingredi septa monasterij, aliter tam permittentes, & consentientes, quàm introducentes sunt ipso facto excommunicati, officijs suis priuati, & in posterum ad omnia ordinis officia inhabiles, nec nisi à Sede Apostolica ualent absolui, & dispensari. Tempore tamen processionum, tam pro uiuis, quàm pro defunctis, uel diuinorum officiorum, pro missis celebrandis, uel sepeliendis mortuis, declaratum fuit mulieres simul cum alijs posse ingredi primum claustrum (si quod est) iunctum Ecclesiæ ianuis, non aliter,

nec

nec alia de causa, non derogamus tamen consuetudini laudabili diuersorum locorum.

5 In quocunque Conuentu, in quo sunt octo fratres, nullus exeat nisi cum socio, & cum cappis albis, & bini, ęqualiter, & cum honestate, & grauitate incedant, sub pœna priuationis loci, & uocis, tam scienter permittēti, quàm contrafacienti, cœteris uerò non habentibus uocem, expulsionis à Conuentu, quod etiam de hospitibus, & itinerantibus intelligitur, quibus, cum pro negotiorum suorum expeditione exire cogentur, socius erit per Priorem assignandus, excipiuntur tamen quæstores eleemosynarū, procuratores, & expenditores, quibus, ob negocia publica cum sępissimè egrediantur, non ita facilè potest socius assignari.

6 Silentium intrà Conuentum iuxtà Regulam, & Constitutiones Soreth omninò obseruetur.

7 Nemo obmurmuret, aut obijcere audeat alicui in dedecus, & ignominiam crimina pręterita, de quibus fuit conuictus, confessus, atque etiam regulariter correctus, sub pœna carceris ad octo dies, & unius disciplinæ, cum psalmo Miserere &c. quod etiam de Prioribus intelligendum uolumus.

8 Nullus itē audeat scribere fratribus, uel secularibus, aut etiam alijs ecclesiasticis personis extrà Religionem nostram literas, quæ uertantur in infamiam, & opprobrium cuiusuis de ordine nostro, sub pœna carceris ad quindecim dies; excipiuntur autem fratres; ubi caritatiuè de alicuius fratris ordinis nr̄i iniquitate Superiores, ad quos spectat suorum inferiorum defectus, & turpitudines cognoscere, admonerent.

9 Sed ne innocentes opprimendi, uel accusandi detur occasio, qui aliquem fratrem cuilibet Superiori ordinis

nis detulerit, neque probauerit, atq; ideò de calumnia constiterit, pœna talionis plectetur.

10 Amplius nemo uerba conuiciosa, seu iniuriosa, aut turpitudinem continentia, aut turpitudinem propriam parentum, uel affinium, aut consanguineorum, siue naturalem, siue aliundè prodeuntem contrà quemcunq; proferat, sub pœna carceris ad mensem, & in fine unius disciplinæ cum psalmo Miserere &c. facta debita famæ, & honoris restitutione, humiliterq; petita uenia in publico Refectorio, tam offenso, quàm Patribus.

11 Si uerò contrà secularem (secuto scandalo) pœna duplicabitur, & hoc si prolata uerba fuerint uera, si uerò falsa, prȩter dictam pœnam induatur caputio linguarũ per tres uices in publico Refectorio.

12 Facientes libellos famosos, & literas sine nomine, conuicti, & confessi ad carceres detrudantur per tres menses, & singulis ferijs sextis induantur caputio linguarum; Si uerò contrà Prouincialem, aut etiam Priorem suũ localem, eiusmodi libellos ediderint, aut uerba contumeliosa, detractoria, & diffamatoria aduersus eos dixerint per annum dictæ pœnæ subijciantur; Si contrà Generalem suum, uel contrà (quod absit) Sũmum Pontificem etiam mortuum, Cardinales, & Prȩlatos, uel Principes quoscunq; tale quid perpetrauerint, toto tempore uitæ suæ in carcere maneant, nisi cum illis à Generale misericorditer fuerit dispensatum.

13 Qui fratris sui delicta occultauerit, nec in uisitatione coram Superiore detulerit, uel infrà mensem eundem non admonuerit, mox uerò illi fratri dicta delicta obiecerit, uel de illis apud ipsummet Superiorem accusauerit, interimq; cõuincatur illa delicta dissimulasse, & subticuisse, cùm re uera ad eius notitiã primò deuenerint,

uti

uti calumniator puniatur, & exilio à tota Prouincia per decennium plectatur. Superior tamen contrà reum ex officio suo seruatis seruandis procedat.

14 Et quando ob delinquentiũ impunitatem insolétes in dies peiores eueniunt, paxq;, & fraterna charitas nedum frigescit, sed potius extinguitur, Priores ubi etiam extrà iudicialiter resciuerint aliquem fratrem alium uerbo, uel facto offendisse, licèt, remissa iniuria Saluatoris precepto ab offenso, nulla fuerit facta denunciatio, ueritatem inquirant, qua cognita, & sufficientèr probata, reum iuxta salutaria nostra instituta corrigãt, & irremissibiliter puniant: quod si conuictus fuerit aliquis Superior peccatum dissimulasse, nec reũ debitis subiecisse pœnis, ab officio depositus intelligatur.

15 Nulli Priori, nec etiam Prouinciali liceat pœnas in cõstitutionibus descriptas cuiquam remittere, nisi leuem, uel mediam Priori, grauem uerò Prouinciali, nam quotidie experimur malos deteriores euadere, ex eo quod pœnæ non exigantur, sub pœna depositionis ab officio, & inhabilitationis per decennium.

16 Priores Prouincialẽ, Prouinciales Generalem statim admoneant de grauibus suorũ religiosorum excessibus, sub pœna depositionis ab eorum officijs, ac absq; mora personaliter, si possunt, sin minus, saltem per cõmissariũ idoneũ prouideant huiusmodi euentibus, ac reos iuxtà delicti quantitatem rigidè puniant, qui si fugam cœperint, seruatis seruandis contrà eos procedant, ac si uocati comparere renuerint, in eos, uti contumaces sententiam proferant, & inuocato auxilio brachij secularis eosdem capere studeant, & Superiores in hoc negligentes ab officijs suis absoluantur.

17 Prouinciales, ubi aliquem ex religiosis suis de aliquo

crimine

crimine infamatum inquisiuerint, statim absq; ulla dilatione, & mora processum legitimè conficiant, & persoluant, & immediatè consulto Generale ordinis, si graui de re agetur, sententiã proferant, & executioni demandent, aliàs trãsactis duobus mensibus huiusmodi inquisitionis omnia actà contrà dictum regularem sint nulla, & nullius ualoris, & momenti, nisi aliter Pater Ordinis expedire iudicauerit.

18 Ijdem Prouinciales quemuis ex nostris regularibus legitimè conuictum, aut confessum de aliquo crimine, seu aliàs condemnatum non audeant absq; licentia Generalis expressa ad officia, & dignitates ordinis promouere, sub pœna depositionis ab eorum officijs.

19 Si quis notoriè fuerit excõicatus, maximè propter uiolentam in clericum manuum iniectionem, & antè debitam absolutionem celebrare ausus fuerit, habeatur tan q̃ suspectus de hęresi, ob clauium contemptum, & rigidè ut talis puniatur, neq; ad diuina admittatur, donec perfectè pœnitentiã sibi iniunctam egerit, ac de dispensatione super irregularitate liquidò constiterit.

20 Aduertant etiam Prouinciales notoriè excõmunicatos non nisi in publico absoluendos, factaq; debita satisfactione, ac salutari pœnitentia peracta, & si quis aliter fuerit absolutus, iterum in publico absoluatur, & pœna in constitutionibus statuta duplicetur.

21 Si cõtigerit aliquem per manuũ iniectionem uiolentarum in alium in foro conscientiæ absolutionem obtinuisse, & postea ad eiusdem Superioris notitiã peccatũ alia ratione deferatur, absolutio in foro conscientiæ cõcessa, nullatenus quo ad forum exterius ei suffragetur, sed pœnis in constitutionibus descriptis omninò subijciatur, ac si nunquam fuisset à tali censura absolutus.

C Ybi

22 Vbi Priores resciuerint aliqua iurgia, uel contentiones inter aliquos ex regularibus suis, inimico superseminante zizania, ortas esse, omnem adhibeant diligentiã, ut inter se depositis rixis, & ęmulationibus, in charitate non ficta reconcilientur, qui si renuerint, eum, uel illos, qui fuerint obstinati, ad Prouincialem mittant, de negotio plenã tribuentes informationem eius, quem, uel quos carceri mancipabũt, nec extrahent, donec resipuerint, inflicta salutari pœnitẽtia, prout secundum delicti quantitatem iudicauerint.

23 Cumq; in Cõstitutionibus nostris tam correctiones, & pœnæ, quàm locus, & tempus ad coercendos criminosos, & delinquentes fratres sit definitum, non ex arbitrio in quouis loco, uel tempore, neque quauis pœna, & correctione inobedientes puniantur, nec sit pro ratione uoluntas, sed ad normam nostrarum constitutionum Reuerendiss. Soreth fiant disciplinæ, & castigationes, & qui in brachio extento, furore, & minis iustitiam exercere uoluerint, ab omni officio ordinis amoueãtur, ut prius discant obedire, quam imperare.

24 Vt autem tollatur tam fratribus omnis occasio murmurandi, & cõquerendi, quòd iniustè, & sine causa fuerint puniti, quàm Prioribus innocentes criminandi, uel opprimendi: Mandamus, antequam fiat correctio ad normam constitutionum, ut prędmissum est, infligenda, semper explicari, & coram toto Conuentu deberi publicari causam correctionis faciendæ, ut qui corrigitur, edoceatur ea, à quibus in posterum cauere debeat, nam ut dicit D. August. si castigatur quis, & non edoceatur, crudelitas est, & si aliquis Prior in hoc defecerit, non audeat propterea reus ob id in eum insurgere, uel correctionem recusare, sub pœna amissionis iuriũ suorum,

&

& rebellionis, si omninò pertinax extiterit, sed facta denunciatione ad Prouincialem, pro prima uice arguat Prior, si perseuerauerit, ab officio deponatur, uti regularis disciplinæ hostis.

Et quoniam plerique religiosi, ita instigante humani generis hoste, adeò incorrigibiles euadunt, ut omni regulari disciplina reiecta, maximo sint dedecori, & detrimento religioni nostræ, pręsenti decreto statuimus, quòd si aliquis regularium nostrorũ pro aliquo enormi delicto fuerit bis punitus, tertia uice eidem intimetur Breue de incorrigibilibus, & posteà si in idem, uel simile lapsus fuerit delictũ, tanquam incorrigibilis à religione expellatur, nullo pacto ad ipsam amplius admittẽdus, sed ad arctiorem regulã assignato termino competenti cogendus, sub pœna triremium.

CAPVT QVARTVM.

DE HONESTATE EXTRA Monasterium seruanda.



Vm nihil magis reformationi contrarietur, quàm quòd fratres in urbibus, & oppidis per plateas, & loca publica modò hùc, modò illùc diuagẽtur, pręcipimus Reuerendis Prioribus, ut non nisi, ad plus, semel in hebdomada concedant licentiam suis fratribus exeundi à Conuentu; Si uerò ingruerit necessitas, ut supra hoc cum fratre aliquo, uel cum pluribus fiat dispensatio, Prior, ea re benè cognita, cum illo, uel cum illis indulgeat in hoc casu, assignato socio minimè suspecto, uerùm in diebus festis

nulli exeundi facultas permittatur sine manifestissima, & iustissima causa, & dum per ciuitatem est eundũ, cappis alb s fratres induti decenter, & religiosè incedant.

2 Si quis exierit à Conuentu sine cappa alba, & sine licẽtia Prioris, puniatur tanquã apostata pro prima uice, & si id iterare prçsumpserit, eijciatur extra Conuentum per quinque annos.

3 Statuimus regulares nostros in oĩbus Prouincijs, ut sint uniformes, alios non posse deferre pileos q̃ nigros.

4 Qui in aliqua ciuitate, uel oppido scandalũ dederit, uel de aliquo crimine uiolenter suspectus fuerit, nullo modo permittatur eo in Conuentu residere, sed statim ad Prouincialem mittatur, qui de alio Cõuentu illi prouidere teneatur.

5 Si uerò Prior admonitus, & de aliquo periculo famæ, & honoris publici certior factus, nõ curauerit aliò trãsmittere dictum fratrem, & mox fuerit scandalum subsequutum, frater, qui deliquit, pro modo culpæ puniatur, & Prior ab officio absoluatur per decennium, ad illud, aut ad aliud non assumendus.

6 Si quis ex nostris fratribus reuelauerit defectus monasterij, & fratrum crimina, uel correctiones criminum, aut infamias, uel aliqua, quæ in dedecus publicum, uel priuatum uertantur, dictus confessus reuelans, aut legitimè cõuictus carceri tradatur per mensem, ferijs 2. 4. & 6 extrahatur, & in communi coram toto Conuentu refectione genuflexus induatur caputio linguarum, & mense elapso recipiat disciplinam in forma pauperum, perpetuò priuatus loco, & uoce actiua, & passiua: & si Priores in executione huius decreti fuerint negligentes, uel tanquam personarum acceptatores punierint, & alterum impunitum reliquerint, eo ipso sint suis offi-

cys

eijs priuati, nec possint restitui nisi per Capitulum Generale.

7 Item, cum non uenerimus contendere, sed propriæ uoluntati abrenunciare, districtè pręcipimus, & mandamus omnibus cuiuscunq; gradus, & conditionis extiterint, se, suaq; in manu suorum Superiorum regulariũ collocantes, in quibuscunq; iudicijs, differentijs, & causis eorundem Superiorũ suorum sententiam, & iudiciũ expectent, illudq; humiliter recipiant, & uenerent: Neq; audeat ullus ex nostris quempiam è suis fratribus siue subditum, siue superiorem, siue monasterium aliquod è nostris, & eo minus prouincias, nec ordinem, siue in primis instãtijs, siue ratione appellationis pro quacũq; causa ciuili, seu criminali, seu mixta, ad aliquod tribunal seu seculare, seu ecclesiasticum (sanctissimæ Inquisitionis officio excepto) extrà religionem uocare, & citare, sub pœnis in Canonibus sacris constitutis, necnõ sub pœna priuationis uocis, & loci, graduum, officiorũ, & dignitatum perpetuò, atque omnium bonorum ei ad usum concessorum, indumentis, & rebus uerè necessarijs exceptis.

8 Si aliquis ex nostris religiosis se indebitè aggrauari existimauerit, humiliter, secretò, uel coram pręcipuis Patribus, illa qua decet uerborum honestate, rationes suas exponet, quem si Reu. Prior non audierit, liceat ei modestè ueniam petere adeundi Prouincialem, quam ei Prior abnegare non poterit, ità tamen, quòd Prior de causæ successu Prouincialem admoneat, ut sciat quid pro iustitia sit faciendum: Si Prior noluerit ueniam impartiri, non discedat, sed de grauamine Prouincialem admoneat, & ab eo responsum expectet, Prouincialis autem, quod iustum erit statuet: si autem absq. Prioris

licentia

licentia discesserit, causa cadat, arbitrioq; Prouincialis carceri tradatur.

9 At quia astutia hominũ, atq; malitia uias innumerabiles obambulat, quam refrenare uires quandoq; non suppetunt humanæ, si plures fratres conspirarent pro petenda uenia simul eundi ad Prouincialem, ita ut ecclesia debito cultu destituatur, eo casu Reu. Prior uni, aut alteri tantum talem facultatem poterit concedere; & de reliquis iudicium, & responsum à Prouinciali expectabit, discedentes autem in contemptum, nõ habita facultate, pœnam conspiratorum subibunt.

10 Cogantur Priores in suis Conuentibus carceres de nouo construere, uel reparare, sub pœna excommunicationis, & depositionis ab eorum officijs, sicuti in Capitulo Generali Romæ 1580. celebrato fuit statutum, sed si id nimis difficile uideretur, saltem curent Reuerendi Prouinciales, ut in unaquaq; Prouincia in duobus præcipuis, & magis commodis conuentibus erigantur duo carceres, in quibus possint recludi regulares delinquentes, tam ad pœnas, quàm ad custodiam, cum omnibus rebus necessarijs, quibus ijdem in eisdem carceribus indigere possunt: expensæ uerò, quæ pro huiusmodi carceratis in dies fieri continget, soluentur à Prouincia, iuxtà taxam faciendam in diffinitorio Capituli.

11 Adeant autem fratres nostri Superiores hoc debito modo, à Priore ad Prouincialem, à Prouinciali ad Vicarium, seu Commissarium Generalem, si adest, & ab eo ad Generalem fiet huiusmodi causarũ remissio, ut etiam in Sacra super regularibus Cõgregatione fuit olim statutum, & qui secus fecerint, tanquam rebelles puniant.

12 Vbi euitandæ correctionis regularis causa, quis effugerit à quoquam, etiam Prouinciali, nullo modo absoluatur,

uatur, nisi prius pœnitentiam ēgerit in Conuentu à quo effugit, ut ibi culpas suas reparet, ubi eas commisit, in aliorum ędificationem, & nè ex fuga, & apostasia sua putet se commodum reportaturus.

13 Vagi, & profugi, qui Romam petierint, tradantur carceribus sumptu Prouinciæ, cuius sunt alumni, & filij.

14 Si quis Prior fratrem quemcunque, (nisi talis sit persona, de qua nulla omninò haberi possit fugæ suspicio) absq; sui Superioris licentia, etiam ad Generalem, uel alium quemuis Superiorem confugientem receperit, sit eo ipso ab officio suo absolutus, eundem tamen religiosum nullo modo dimittat, sed statim in carcerem detrudat, ac Prouincialem, uel Generalem de talis religiosi fuga admoneat, ab eoq; responsum expectet.

15 Si ullus ex nostris regularibus inuētus fuerit exiuisse tempore nocturno septa monasterij, absq; sui Superioris licentia, ad triremes per triennium condemnetur, secuto scandalo: si autem nullum sequutum fuerit scandalum, carceri tradatur per sex menses, & per decennium sit priuatus loco, & uoce.

16 Si ex nostris regularibus ullus in domo inhonestarū mulierum à curiæ ministris captus fuerit, uel capiendus aufugerit, & de delicto perpetrato, uel tentato constiterit, indeq; scandalum subortum fuerit, eidem pœnæ omninò subijciatur.

17 Deputati ad quæstam panis, & aliarum eleemosynarum sint induti more commissorum, absq; scapulari, & caputio, nisi fortè ob aliquam necessitatem clerici mitterentur.

18 Fratres laici, qui ingressi fuerint in religionē, & in ea professionem emiserint, ut inseruiāt monasterijs, uilioribus obsequijs occupentur, nec tonsurentur tonsura

clericali

clericali, qua si aliquis Prouincialis ullum donare ausus fuerit, officio suo absque mora priuetur.

19 Pœnas in sacris nostris cōstitutionibus par. 2. cap. 4. contrà cōspiratores, & colligationē faciētes descriptas, nos præ oculis habentes quorundā regularium nostrorum malitiā, discordias, zizania, lites, & controuersias machinantium, confirmamus, ac carceris in triremium pœnam commutamus.

20 Vagi, apostatæ, & regulares oēs nostri absq; licentia Superiorum ciuitates, oppida, cœteraq; loca ad libitū percurrentes, in carceres detrudātur à Prouincialibus, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, ad triremesq; alligentur ad beneplacitum Generalis, si pręcedenti trina admonitione ad claustra non redierint, id quod de illis, qui demisso habitu in studia incumbunt, est intelligēdum, qui etiam post ipsa peracta, nulla ratione sunt admittendi ad locum, & uocem, gradusúe aliquos, nisi per Capitulum generale.

21 Nullus audeat oppidum, uel ciuitatem exire, in qua manet, & aliò se transferre, absq; sui Superioris licentia in scriptis obtenta, in qua dies recessus, tempus reuersionis, & locus, uel loca, ad quæ proficisci uoluerit, specificentur in obedientia Prioris: si uerò ad alterum locum iuisse conuictus fuerit, & sic suum Priorem deceperit, & statuta die non redierit, cessante omni legitimo impedimento, tanquam apostata puniatur.

22 Priori nō liceat dare licentiam suis regularibus transeundi de Prouincia in Prouinciam, sed hoc munus est Reuerendi Prouincialis, qui, nisi urgeat necessitas, eam non concedat, ne Religiosis nostris uagandi occasio tribuatur.

23 Qui ausus fuerit literas dimissorias falsas conficere,

uel

uel ab alio confectas producere, uel à non habente auctoritatem requirere, aut illis uti, pœna apostatarum, & rebellium plectatur.

24 Nullus cuiuscunque gradus, & conditionis existat, audeat in conuentibus nostris locum dare cuilibet seculari fugienti iustitiam, uel iam condemnato, aut exuli, siue (ut aiunt) bannito, seu ob debita in ipsos se recipienti, sub pœna priuationis graduum, officiorum, dignitatum, ac uocis actiuæ, & passiuæ, lociq; ipso facto incurrenda, ipsi non remittenda, nisi per Capitulum generale.

25 Cum aliquis ex nostris religiosis ad urbem, uel oppidum, in quo sit conuentus nostri ordinis appulerit, immediatè ad monasterium se conferat, ac coram Priore cum suis dimissorijs se pręsentet, neque ad horam aliò diuertere audeat, aut permanere, absque Prioris illius monasterij expressa, & in scriptis obtenta facultate: si quis autem aliud efficere ausus fuerit, Prior conuocato auxilio, etiam brachij secularis, si opus fuerit, talem fratrem cuiuscunq; gradus, & dignitatis existat, capere curet, & in carcerem coniectum tanquam apostatam puniet, & corrigat, nulla super hoc admissa excusatione, & si repererit ullum ex suis religiosis sibi subiectis cum tali apostata, ipso Priore uidelicet inscio, cõmunicasse, pœna rebellibus debita puniat, illumq; plectat.

26 Si uerò Prior resciuerit quéuis religiosum ad urbem, uel oppidum, in quo cõuentus noster manet, appulisse, & extrà conuentum absque sua licentia pernoctasse, etiam in domo honestissima, uel alterius ordinis monasterio, uel cibum sumpsisse, statim declaret eundem priuatũ uoce actiua, & passiua, quòd si ipse dissimulauerit, sit ipse uoce eadem actiua, & passiua priuatus.

CAPVT QVINTVM.

DE REGIMINE RERVM TEMPORALIVM.

1 QVONIAM experti fuimus multa bona ſtabilia Religioni deperijſſe, tum ob Priorum incuriam, tum ob aliquorum regularium malitiam, ut aliqua ratione hiſce incommodis occurramus, ſtatuimus, ut infra ſex menſes quilibet Prior conficiat inuentarium autenticum omnium rerũ ſtabilium, prędiorum, domorum, legatorum, cenſuum, & aliorum huiuſmodi, cum omnibus cohęrentijs, & debitis perſonarum, locorum, temporum, cauſarumq; circunſtantijs, cuius quidem inuentarij autentici tria conficiantur exemplaria, alterum maneat in arca trium clauium Conuentus, in qua etiam reponantur omnes ſcripturæ ad dictum Conuentum ſpectantes, alterum tranſmittatur ad Reuerendum Prouincialem, aliud per dictum Reuerendum Prouincialem tranſmittatur Romam ad Reuerendum Procuratorem Generalem.

2 Ideò in qualibet Prouincia conſtruatur unum archiuiũ cõmune toti Prouinciæ, in quo ſub tribus clauibus, per tres in Capitulo Prouinciali Patres inſigniores eligendos cuſtodiendis, conſeruẽtur pręfata ſingulorum Conuentuum inuentaria de rebus ſtabilibus.

3 Romæ uerò erigendũ erit archiuium cõmune, (quod nos iam perfici demandauimus) ſub cura, & cuſtodia Reuerendi Procuratoris Ordinis, in quo conſeruabunt totius Ordinis, omniumq; Prouinciarum, & ſingulorũ Conuentuũ ſupra dicta inuentaria, ut ſi unum perierit, alterum põſſit exhiberi, ad bonorum ſtabilium Religio-

nis perpetuam, & inuiolabilem conseruationem.

4 Præfata inuentaria, quamcitius transmittantur Romam, ut statutum est, & in singulis Capitulis, seu Congregationibus Prouinciarum inuicem conferantur, & si quid per aliquem Conuentum fuerit, quouis titulo, seu emptionis, seu hæreditatis, seu donationis, aut alio acquisitum, uel permutatum, & alienatum, reponatur, uel deleatur in, uel de inuentario dicti Côuentus, ac de hoc statuto Prouincialis Reuerendum Procuratorem admonere tenebitur.

5 Cum aliquis Prior absoluendus erit ab officio, uel in Capitulo, uel extrà, ob aliquod delictum, uel ob instantiam ab ipso factam, Prouincialis examinet diligenter, an Côuentus remaneat alieno ære grauatus: an sint singulis fratribus integrè exhibita uestiaria: an reditus futuri sint exacti. uel oppignorati: an quicquam sit uenditum, uel oppignoratum, aut deperditum, nam tunc Prouincialis eundem Priorem in carcerem detrusum ad satisfactionem Conuentui faciendam usq; ad minimum quadrantem cogere debebit, atque insuper perpetuò inhabilem ad omnia Ordinis officia, & dignitates in pœnam declarabit, nisi fortè constaret aliquid, uel uetustate consumptum, uel citrà Prioris culpam deperditum, quia eo in casu nemo indebitè grauari potest.

6 Si quis res sacras uēdiderit, uel oppignorauerit, absq; licentia Reuerendi Prouincialis, qui assensum præbere non poterit, nisi, uel ob renouationem dictarum rerum sacrarum, uel in casibus summæ necessitatis, ut est dictū, etiam si eas redemerit, sit inhabilis ad decēnium ad oīa officia, & dignitates Ordinis, atq; insuper uoce, & loco priuatus, solùm per Generalem dispensandus.

7 Cum aliquis Prior de nouo instituendus erit, curet,

ut à prędecessore recipiat inuentaria omnium bonorũ mobilium, & immobilium infrà octo dies sui officij, qui si in hoc negligens fuerit, intelligatur dicta inuentaria recepisse, ac de omnibus bonis dicti Conuentus ad rationem reddendam teneatur, sed si prędecessor reddere recusauerit, statim Prouincialem admoneat, qui sub pœnis sibi benè uisis dictum Priorem absolutũ ad reddenda dicta inuentaria compellet.

8 Priores uerò de nouo instituti, si in recipiẽdis inuentarijs supradictis aliquid deesse conspexerint, Prouincialem admonitum faciant, ut, prout iustum erit, de satisfactione Cõuentui facienda prouideat, quòd si Priores in hoc negligentes fuerint, nec Prouincialem admonuerint, ipsi obligati sint ad omnia supradicta.

9 Prouinciales cum absoluent aliquem ab officio Prioratus, obligent ipsum, sub pœnis sibi benè uisis, ad reddendam rationem, nedum introitus, & exitus, sed etiã ad consignanda inuentaria supradicta successori, infrà octo dies, & curent, ut ad se dicta inuentaria transmittantur, quæ in libro communi Prouinciæ transcribi faciant, ut possint cognoscere si quid deperditum fuerit, & de iustitia prouidere ualeant.

10 Reparentur fabricæ ueteres, & ruinam minantes ne corruant, collapsæ restituantur, & tecta sępè reficiantur, in quo si Priores fuerint negligentes, uti inutiles in uinea Domini à suis officijs absoluantur.

11 Non amoueantur Priores nisi de triennio, in trienniũ in prouincijs Hispaniarum, in Italia uerò de biennio, in biennium, alibi seruetur consuetudo, & hoc fiat in Capitulo Prouinciali, neque de Conuentu in Conuentum fratres transmittentur, nisi aliqua urgens esset necessitas, ob aliquod scandalum ab ipsis perpetratũ, uel quod

immi-

immineret, cum dedecore Religionis, & animarum periculo.

12 Non mittantur quæstores eleemosynarum per totũ Regnum, uel Prouinciam, nisi de speciali licentia Generalis, uel Procuratoris Ordinis, uel Prouincialis in prouincijs Vltramontanis.

13 Integrè, & fideliter consignentur eleemosynæ à quæstoribus, & caueant Priores, ne cum aliquo quæstore conueniant de tot soluendo, sed dictis quæstoribus de oĩbus necessarijs promptè prouideant, qui uerò secus fecerint, absoluantur Priores ab offi ijs, & quæstores per quinquennium à Prouincia exulent.

14 Non uendatur frumentũ, uinum, & oleum, & cætera huiusmodi, quæ sunt necessaria pro uictu Religiosorũ, quod si superesset tempore debito, de licentia Prouincialis, uel saltem Clauariorum uendatur, sed si aliquis Prior huiusmodi res uendiderit, & postea eas ob fratrũ uictum emerit, compellatur ad soluendum Conuentui totũ interesse, & ab officio deponatur, ad nullas dignitates, & officia Ordinis assumendus per decennium.

15 Teneãtur singuli Priores deferre ad Capitulum Prouinciale inuentaria quorumcunq; mobilium, & se mouentium suorum Conuentuum, etiam comestibilium, & rerum ad Sacristiam, & Ecclesiam spectantium, nec non etiam omnium rerum stabilium, atque etiam legatorum, censuum, & aliorum eiusmodi, ac ea à patribus Clauarijs, & in minoribus Conuentibus à patribus ibidem degentibus subscripta presentare Reuerendis Prouinciali, & Diffinitoribus, in quo si defecerint, eijciãtur extrà gremium; priuati uoce actiua, & passiua, & cum eis dicti Reu. Prouinciales, & Diffinitores non audeant dispensare, seu dissimulare, quod si effecerint, declara-

mus

mus ex nunc, prout ex tunc, oẽs, tã Prouincialẽ, quàm Diffinitores obnoxios restitutioni ex rebus eisdem ad usum concessis ad omnia damna, & interesse dicti Conuentus, uel Conuentuum, si cum pluribus dispensauerint, necnon omnia acta Capituli irrita, & nulla esse.

16 Prouincialis nedum in suis uisitationibus, sed etiam in Capitulo Prouinciali unà cum Diffinitoribus examinet inuentaria supradicta mobilium, & immobilium, eaq; conferat cũ inuentarijs descriptis in libro Prouinciæ, & teneatur admonere Patrem Ordinis, seu, si absens fuerit, Procuratorem Generalem de omnibus mutationibus in singulis inuentarijs factis, & si Prouincialis negligens fuerit in puniendo eos, quos reos inuenerit circa fidelitatem dictorum inuentariorum, uel in collationibus, & admonitionibus utsupra faciendis, eo ipso intelligatur suspensus ab officio, & inhabilis ad omnia officia, & dignitates Ordinis in perpetuum, solùm per Capitulum Generale dispensandus.

17 Superiores nullo pacto ferant Religiosos suos laceratas uestes habere, uel cappas ita sordidas, quales quandoque (quod indignum est) conspiciuntur.

18 Et quoniam sæpè sæpius euenire conspicimus, ut ob magnatũ, nobilium, & Principum, Prælatorumúe fauorem, & instantiam, indigni ad officia, & dignitates euehantur: statuimus per præsens nostrum decretũ inuiolabiliter ab oĩbus obseruandum, ut nullus cuiuscunque gradus, & dignitatis existat, audeat sibi quodcunque officium, gradum, aut dignitatem in ordine procurare per fauorem cuiuscunque personæ extrà Religionem, siuè secularis, siuè ecclesiasticæ, quacunque fulgeat dignitate, honore, & præheminẽtia, sub pœna priuationis loci, & uocis actiuæ, & passiuæ, necnon exilij ab ea Prouincia

uincia per decem annos, in quo neq; ipsemet Generalis ualeat dispensare: cæterùm ne quis fraudulenter fratrem suũ uellet decipere, aut quis excusare se nequeat talem fauorem procurasse, ordinamus Superiorem illũ à quo requisita fuerit talis petitio, & gratia, fratrem pro quo habita est instantia, admonere debere, ut desistat à tali fauore requirendo, qui si renuerit, declaretur in pœnas supradictas incidisse: Imò uolumus, ut ille pro quo similes fauores interuenerunt, etiam si aliàs eo gradu, officio, aut dignitate dignus censeatur, omninò reijciatur, & pœnis subijciatur.

CAPVT SEXTVM.

DE INFIRMIS.

1 INTER omnia Misericordiæ opera corporalia infirmorũ curatio maximè splendet, & effulget, ac Religiosorum studio ualdè accommodata, ideò in omni Conuentu deputentur ministri, & custodes amicabiles infirmorum, qui omni diligentia studeant eis inseruire.

2 Reuerendi Priores, eorumq; Vicarij semel saltem in die (ut per Soreth fuit definitum) uisitabunt infirmos, & inquirent, quo pacto eis inseruiatur, & si in eiusmodi charitatis officio aliquos culpabiles inuenient, pro modo culpæ grauiter puniant.

3 Quando aliquis est graui infirmitate oppressus, ex ijs, qui fuerint ad eius obsequium deputati, saltem unus semper, continuèq; assistat infirmo, nec quacunque de causa eum derelinquat solum, nè ob incuriã ministrorũ

incurrat in aliquod animæ, uel corporis periculum.

4 Prouidebũt Priores de omnibus necessarijs, tam pro remedijs, quàm pro cibis exhibendis, prout Medicus instituerit, sine ulla personarum acceptationeq́; etiam si non sint ex illo Conuentu, uel Prouincia, in qua tunc temporis manent, sub pœna perpetuæ inhabilitationis ab omnibus officijs.

5 Inhibemus ne fratres nostri in domibus secularium infirmi commorentur, licèt nulla de illis habeatur mala suspicio, sub eadem pœna.

6 In locis autem nostris ubi frater aliquis undecunque sit, quamuis hospes, uel peregrinus incœperit infirmari, ibi moram faciat, donec conualuerit, eiq́; sicut de alijs fuit expressum, de necessarijs prouideatur.

7 Si medicus minutionem, seu flebotomiam, aut alia quæcunq; remedia alicui infirmo ordinauerit, nec ob negligentiam custodis, aut Prioris tenacitatem fuerit adhibitum remedium, atque inde sit subsequutum aliquod periculum notabile ob defectum talis remedij, custodi negligenti grauior pœna per uiginti dies infligatur: Prior uerò recusans deponatur ab officio, & si mors fuerit subsecuta, declaretur, qui in culpa fuerit, suspensus perpetuò à diuinisq́; si in sacris extiterit, sin minus, carceri tradatur, per Priorem Generalem absoluendus.

8 Sed ne dum corporis sanitatem quærimus, animæ salutem uideamur negligere, cogant Superiores, ut per sacros Canones est statutũ, quoscunq; infirmos statim in principio suæ infirmitatis, peccatorum suorum oĩum confessionem facere sacerdoti, per ipsum ex ordine nr̃o eligendo, si ad hoc idoneus fuerit, & si ultrà primam diem misericorditer admoniti cõfiteri neglexerint, eis non prouideatur de remedijs corporalibus.

Vbi

9 Vbi uerò confessus fuerit frater infirmus, ei ad memoriam reducatur, ut sacratissimum uiaticum deuotè, suscipiat, si nullum fuerit impedimentum, quominus possit, qualis est uomitus, & huiusmodi, & si periculum esset mortis, eum admoneant de sacramento Extremæ unctionis, atq; conferant.

10 Inter cætera uerò admoneatur infirmus (postquàm Deo ad solamen conscientiæ suæ satisfecerit) bona quæcunque, quorum usum incertum anteà habuerat, aut inscio Prælato retinuerat, reuelare in præsentia Prioris, duorum, uel plurium fratrum de Conuentu, quod si non fecerit, ea fidelitate, qua tenetur, & super hoc eum mori contigerit, ecclesiastica careat sepultura; & suffragijs diuinis, sicut sacris præcipitur Canonibus; si uerò superuixerit, ijsdem priuetur, tantùm relictis sibi necessarijs.

CAPVT SEPTIMVM.

DE NOVITIIS RECIPIENDIS.

1 IN RECIPIENDIS ad habitum nostrum, & Religionem Nouitijs, ut Simoniæ peccatum euitetur, nihil omninò; pro huiusmodi ad habitum admissione, quacunque de causa (uictu, & uestitu excepto) recipiatur; admoneatur tamen recipiendus, uel eius parentes, curatores, aut propinqui de Conuentus, & Religionis nostræ paupertate, atque adeò curent Priores, & Clauarij, ut eius parentes, curatores, aut propinqui prouideant

de omnibus suppellectilibus necessarijs ad religiosum, prout suprà fuit expositum, & moneatur recipiendus resignare omni iuri repetendi uestimenta facta ad modum ordinis, cappam cum tunica, scapulari, & caputio à quocunq; ea susceperit, uel etiam de propria pecunia emerit, eo casu, quo ab ordine resiliret.

2 Maiores sexdecim annis non aliter ad religionem admittantur, quàm iuxtà moderationem Constitutionis Sixti Quinti, quòd scilicet extrà Capitulũ Prouinciale, uel Generale, de licentia tamen Prouincialis, uel Generalis à tribus, uel quatuor uocalibus fiat diligens inquisitio de eorum parentibus, patria, ante acta uita, & moribus, & fiat processus, ne homicidæ, uxorati, latrones, aut ære alieno grauati, uel iustitiæ seculari obnoxij, aut infames recipiantur.

3 Sint etiã recipiendi ad habitum ex honestis, & catholicis parentibus procreati, de quibus nulla flagret infamia notabilium criminum, sintq; illi honestè, ac catholicè educati, ut tam ex natalibus, quàm ex educatione bona de ipsis spes concipi possit.

4 Cæterum animaduertãt Priores seruare ea, quæ sunt seruanda iuxtà Constitutiones Sixti V. & Greg. XIIII. fe. re. qui, si filios parentum infamium, uel personasmet infames ad habitum admiserint, ac super hoc debitam diligentiam adhibuisse non probauerint, suis functionibus absoluantur, & dicti filij habitu priuentur, etiam si fuerint professi.

5 Fratres alienæ Religionis non recipiantur ad habitum nostrum nisi in Capitulo Generali, etiam si obtinuerint literas à Sanctissimo D. Papa; qui tamen modò recepti iam sunt, habeant tanquam legitimi, & optimè recepti.

Si

6 Si quando euenerit quempiam ex nouitijs temerè à Conuentu fugã capere, ac extrà Conuentum in domos secularium se conferre, ordinamus non posse hunc amplius ad habitum religionis, atq; adeò intrà Conuentũ recipi, absq; expressa licentia Prioris Generalis, & hoc pro prima uice, quòd si secunda uice hoc idem effecerit, tunc neque Prior Generalis sine consensu Capituli Generalis eundem admittere ualeat: cùm uerò prima uice admittetur, incipiet annum probationis à die, quo iterum fuit in Religionem acceptatus.

7 Si euenerit nouitiũ quempiam in Conuentu, in quo annum probationis perfecit, à Regularibus nostris non admitti, sed repulsam pati, statuimus non posse in quolibet alio religionis nostræ monasterio accipi, sub pœna priuationis officij, & dignitatis Priori, & accipientibus infligenda.

8 Nullus Regularis alienæ Prouinciæ emittat professionem extra Prouinciam, nisi de assensu illius Conuentus suæ Prouinciæ, in quo integrum annum probationis habuerit.

9 Nullus etiã professionem emittere tentabit nomine alicuius Conuentus sine assensu gremij illius Conuentus, sub cuius nomine professionem emittere uoluerit.

10 Non poterit aliquis affiliari, seu incorporari ex Conuentu in alterum sine assensu, & uoluntate gremij Conuẽtus, cuius filius esse optabit, ita ut tam in professione, quàm in affiliatione habeatur assensus gremij Conuentus.

CAPVT OCTAVVM.

DE PRAEDICATIONIBVS, Confessionibus, & Ordinibus Sacris.

1 T IN omnibus uigeat obedientia, mandamus omnibus Prædicatoribus, qui in ciuitatibus pręcipuis, toto ieiuniorum, seu Quadragesimæ cursu prędicationis munus egregiè absoluerunt, non posse alicui Prælato, uel Communitati astringere se ad uerbum Dei prędicandum, uel per annum, uel per Quadragesimam sine licentia Magistri Generalis Ordinis in scriptis obtenta, sub pœna priuationis gratiarum, exemptionum, & omnium priuilegiorum Doctoribus, & Prędicatoribus concessorum, atq; inhabilitatis ad officia Ordinis.

2 Prædicatores nostri pœnitus se abstineant inter prędicandum a quæstionibus, disputationibus, & subtilitatibus scholasticis, atque ab omnibus curiositatibus, & doctrinis, quæ simplicium mentes turbant, & perplexos animos reddunt; studeant igitur explanationibus apertis, & utilibus prouocantibus affectũ ad deuotionem, & intellectum ad cognitionem ueritatis; literam Euangelij exponant, non discedendo à sanctorum Patrum interpretationibus; sicq; uitia reprehendant, ut inter cætera superstitionis, & incantationum uitium pręcipuè detestari studeant, cum hoc hisce temporibus maximè serpere uideamus.

3 Prædicatores omni tempore Quadragesimæ, diebus sabbati

ſabbati in prędicationibus ſuis, ultrà explanationem Euangelij, & aliarum doctrinarum, ſemper aliquid prędicent de Beatiſſima, & Feliciſſima Virgine Maria Dei Genitrice, Domina huius noſtræ Religionis Montis Carmeli, idq; faciant ob deuotionem populi in laudem eiuſdem Pijſſimæ Matris: Amplius recordabuntur prędicare de ſanctis noſtri Ordinis, & ſępiſſimè aliqua exponēt de antiquitate, & amplitudine Ordinis noſtri, ac indulgentiarum illius, & ſecus facientes non admittentur ad illud ſacrum munus obeundum.

4 Nullus admittatur ad confeſſiones ſęcularium audiendas, qui trigeſimum non compleuerit annum, & per examinatores non fuerit, præuio rigoroſo examine, approbatus; & ideò in Capitulo Prouinciali deputentur examinatores confeſſariorum, per quos admittantur illi, qui à Prouinciali ad confeſſiones ſecularium audiendas ſunt admittendi extrà Capitulum.

5 Confeſſarij, ſub pœna priuationis audiendarum confeſſionum per decennium, non audiant fideles à confeſſionibus, niſi ſedium ſuarum feneſtrellæ fuerint contextæ lamina, ſeu crate ferrea.

6 Non audiant ſecularium, maximè uerò mulierum, confeſſiones poſt pulſationem ſalutationis Angelicæ in ueſperis, & ante eam in mane, ſed, ſi neceſſitas ingruerit, ob pœnitentium multitudinem, accendatur lumen in eodem loco, ſine quo qui confeſſiones audierit, ſit ab eo munere per quinquennium ſuſpenſus.

7 Qui pœnitentias pecuniarias imponere auſus fuerit, tanquam Simoniacus rigidè puniatur, & perpetuò ſit ab ea functione ſuſpenſus.

Si quis

8 Si quis mulieres,aut pauperes à cõfessionibus audire recusauerit, sit eo facto à tali munere suspensus, absque ulla spe dispensationis.

9 Statuatur aliquis locus aptus in quolibet Conuentu, in quo tribus diebus cuiuslibet hebdomadæ, ea,quæ ad conscientiæ casus, & ad legitimam sacramentorum administrationem pertinent, explicẽtur, aduocatis oĩbus Conuentus religiosis ad confessiones audiendas expositis,& exponendis, qui ad huiusmodi lectiones audiendas conueniant uniuersi, quòd si quis,nisi morbo impediatur, per tres uices absfuerit ab audiendis confessionibus, sit ipso facto suspensus, nec possit, nisi à Priore Generali iterum examinetur, à quopiam alio admitti: Priores uerò, qui uel lectores ad legendum, uel cæteros ad audiendum compellere neglexerint, sint statim ab officij sui administratione suspensi, tuncq; habens primam uocem in Conuentu ipsum regat, quousq; fuerit à Superiore prouisum; Lectores pariter si ad legendum negligentes fuerint, sint & ipsi officio, & dignitate priuati.

10 Prouinciales nõ dabunt licentiam suscipiendi sacros ordines his, qui non sunt in ætate legitima constituti, morũ probitate ornati, & competẽti doctrina instructi, & à Patribus sacerdotibus Conuentus habeant literas testimoniales de uita, & moribus ipsorum ordinandorum, iuxta normam Sancti Concilij Tridentini, literas etiam testimoniales ætatis legitimæ eorundem autenticas apud se productas retineant, ut si opus fuerit, de licentia data rationem reddere ualeant, aliter facientes sint priuati sua functione.

11 Non ualeant Prouinciales accipere quæcunque munuscula,etiam à sponte dantibus pro licentijs uel sacro-

rum ordinum, uel confeſſionum, uel prædicationum, ſub pœna Simoniacis debita.

CAPVT NONVM.

DE OFFICIO PROVINCIALIS.



VID pro munere ſuo diligenter obeundo, tam in uiſitatione, quàm extrà eam Reuerendi Prouinciales teneātur efficere, ſatis quidem in Conſtitutionibus Reuerendiſſimi Soreth cap. 23. & 25 uidetur expreſſum, attamen ad eorum, quæ dicta ſunt in dictis Cōſtitutionibus renouationem, uel illorum ad ſupplementu n nobis uiſum eſt nō ſuperuacaneum proponere, & ſtatuere, quæ ſequuntur.

Curent omninò, ut fratres noſtri, cuiuſcunq; gradus, & conditionis exiſtant, extra Religionem, abſque ſuorum Superiorum licentia, uel Sedis Apoſtolicæ cōmorantes, etiam ſi alicuius Prælati, Principis, Eccleſiæ, aut communitatis obſequijs eſſent mancipati, ad clauſtra reuocentur, quamprimum id fieri poterit cōmodè; aliter inuocato etiam auxilio brachij ſecularis, ſi opus fuerit eos capiant, corrigant, & tanquam apoſtatas, & rebelles illos puniant: qui uerò de licentia, & diſpenſatione, ut ſupra, extra clauſtra permanent, ſemper cum habitu religionis incedant, nec erubeſcant matrem ſuā, quæ illos aluit, Religionem Carmeliticam agnoſcere, & confiteri: Cōciones, & lectiones, & quoſcunq; actus publicos cum cappa alba exerceant, Prouinciales ſuos non recuſent, imò ſemper ſint parati ad Religionem reuerti, quando fuerint uocati.

Examinent

3 Examinent inter reliqua in suis uisitationibus inuentaria tam Sacristiæ, quam Conuentus, & mobilium, & immobilium, diligenterq; obseruent, an ulla res momenti sit deperdita, uel Ecclesia, & Sacristia à Sacrista curetur, & , qua decet honestate, seruetur, ac ubi repererint oppositum, de iure prouideant.

4 Collustrent parietes, & tecta tam ecclesiarum, quàm Conuentuum, & si quos inuenerint ruinam minantes, aut iam collapsos, ordinent, ut reficiantur, & reparentur, ne propter negligentiam rectorum, & ministrorum omnia corruant, & dilabantur.

5 Conficiant inuentaria, & indices bonorum immobilium quorumcunque, eaq; describant in libro Prouinciæ, quem secum deferre tenebuntur, ac in arca trium clauium dictorum inuentariorum exemplar reponi curent, &, quo cautior sit eiusmodi nota, & index, procurent, si fieri potest, ut examinentur instrumenta, quibus dicta bona sint à Religione acquisita, siue sit per donationem, siue per emptionem, aut quouis alio modo, & in dictis indicibus, & inuentarijs nomen uendentis, aut donantis, & notarij, qui confecit tale instrumentũ, dies, mensis, & annus exprimantur: nam ob in curiam sæpissimè experti fuimus, bona immobilia quamplurima à Religione defecisse.

6 Videant etiam, an quid fuerit acquisitum, uel si legatum aliquod in fauorem Religionis sit factum, eaq; in inuentarijs eius monasterij addant, nec omittant cognoscere, si quid fuerit uenditum, aut quouis modo alienatum, quod si repererint alienatum, inspiciant, an fuerint seruata seruanda, & prouideant.

7 Curent, ut Priores, quos absoluere cõtigerit, reddant rationem, tam introitus, & exitus, quàm omnium bo-

norum mobilium, & immobilium, & obseruent, quod supra statutum est.

8 Præ cæteris autem faciant, ut Conuentus liber remaneat à quibuscunq; debitis; quòd non anticipatè uendantur reditus, uel exigantur census monasterij, ac persoluantur integrè singulis Religiosis integra uestiaria, aliter prouideant, prout supra statutum est.

9 Studeant, ut, quàm citius fieri poterit, in singulis Cõuentibus prouideatur pro singulis Religiosis de dormitione, uictu, & uestitu, iuxta ea, quæ à nobis sunt statuta.

10 Confessores, quos aliàs idoneos non nouerint, examinent, ut fuit ordinatum, ne, quod tanti est estimandũ, posthabeant: Insuper lectores casuum conscientiæ negligentes corrigant, interrogẽtq;, an ad bonas disciplinas capescendas sint idonei iuuenes nostri, si illis fuit prouisum de magistro grãmatices, si tempus ad discendum suppetit.

11 In posterum sacris ordinibus non poterunt initiari, qui nõ fuerint instructi moribus bonis, doctrina, ætate, & alijs conditionibus in sacris Canonibus positis; neq; ullus, absque licentia in scriptis obtenta sui Prouincialis, audeat quoscunque ordines, etiam primam tonsuram suscipere, sub pœna suspensionis ab ordine suscepto, & inhabilitatis ad ulteriores.

12 Prouinciales pro cõcedenda huiusmodi licentia habeant literas testimoniales de uita, & moribus eius religiosi, ut supra dictum est, nec non literas testimoniales de legitima ætate requirant per personas fide dignas, & si fieri potest, per Curatum, qui eum baptizauit; eumq; insuper examinabunt de doctrina, & sufficiẽtia maximè circa sacramenta, & alia necessaria cognitu cuilibet Christiano, potissimum circa ordinem suscipiendum.

13 Et qui repertus fuerit licentiam sacrorum ordinum dedisse alicui antè legitimam ætatem, nec debitã adhibuisse diligentiã, sit ipso facto à sua functione absolutus.

14 Qui sub quocunque prętextu, etiam summæ necessitatis Conuentus, uel sufficientiæ doctrinæ, probitatis morum, aut aliarum rerum, licentiam concesserit de sacris suscipiendis ordinibus antè legitimam ætatem, sit ipso facto ab officio absolutus, & qui uigore talis licentiæ ordines susceperit, de facto sit suspensus à diuinis, & si in ordine sacro suscepto ministrauit, est irregularis.

15 Caueant Prouinciales, ne licentiam sacrorum ordinũ alienæ Prouinciæ regularibus impartiantur, inconsulto Prouinciale illius Prouinciæ, uel Priore Generali, licèt promouendus in sua Prouincia maneret, sub pœna depositionis ab officio.

16 Vbi Reuerendiss. Ordinarij aliquod decretum uniuersale in urbe, uel diœcesi seruãdũ fecerint, pro cultus diuini, uel ecclesiarum reformatione, licèt ab eorum iurisdictione simus exempti, iubeant tamen Prouinciales Prioribus eius diœcesis, ut idem obseruent; nam in ijs, quæ reformationem redolent, à capite nolumus discrepare.

17 Non audeant Prouinciales quemlibet admissum ad habitum conu..sorum, & si quacunq; sufficientia esset prędirus, clericali corona insignire, nisi prius consulto Generale Ordinis, sub pœna depositionis ab eorum officijs.

18 Prouinciales non instituant quempiam in Priorem alicuius loci, qui non habeat cappam albam, & instituti Priores, nisi infra mensem de ea prouiderint, à suis officijs absoluantur.

19 Nominatio Prouincialium, & Priorum Conuentuũ

ĩnme-

immediatè subiectorum Priori Generali, à dicto Priore Generale fiat.

20 Prouincialis ultrà montes electus poterit exercere officium suum, electione statim habita; teneatur tamen infrà annum recipere confirmationem suæ functionis à Reuerendissimo Priore Generali, sub pœnis in constitutionibus descriptis.

21 Prouinciales, qui officio suo functi fuerint, præcedēt omnes alios Magistros Prouinciæ, in qua Prouinciales fuerunt, & inter ipsos, qui officium suū terminauerint, seruetur locus à die assumptionis suæ ad Prouincialatū: Prouinciales tamen Italiæ renunciarunt iuri suo, ita ut inter ipsos seruet locus professionis, non assumptionis.

22 Prouinciæ oēs concurrent ad expensas Conuentus Transpontinæ pro literis à uarijs partibus Romā missis.

23 In partibus transalpinis, scilicet Hispaniarum, & Galliarum, alijsq; huiusmodi regionibus, non sufficiatur Vicarius Generalis perpetuò, sed Reuerendissimus Pater opportuno tempore, & ad eius libitum instituere, & destituere poterit.

CAPVT DECIMVM.

DE COLLEGIORVM, STVDIORVM generalium, graduumq; reformatione.

1 N Italia quinque Collegia, Romæ scilicet, Papiæ, Patauij, Neapoli, & Drepani, tāquam bonarum disciplinarum emporia instituenda decernimus, ad quæ, ne alicui studioso bonas literas addiscendi aditus recludatur, omnium Prouin-

ciarum studentes transmitti poterunt.

2 In quocunq; studio instituantur à Reuerendiss. Patre, quatuor Magistri laureati Regentes, ex quibus primus uices Præfecti, uocesq; sustinebit; cæteri erunt in paritate loci, sine præiudicio professionis, & gradus.

3 Aderunt ibi uigintiquatuor studentes Philosophiæ, & Theologiæ tantum, uel saltem uiginti, apti, & idonei.

4 Et ne indigni admittãtur, examinatores in Comitijs singularũ Prouinciarũ statuantur, qui aptos, & idoneos pro studijs exercendis discernãt, & seligant: nullus aũt poterit admitti, nisi à dictis exaĩatoribus cõprobatus, & à Prouinciæ gremio præsentatus fuerit. Nec Prior Generalis ullo modo suis patẽtibus aliquẽ ad studiũ promouere poterit, nisi dicto modo admissum, & approbatũ.

5 Regentes, qui nuper pro dictis Collegijs eligunt, baccalaureos oẽs, lectores, cursores, studentesq; simplices, quos in Collegijs inuenerint, diligenter examinent, & qui idonei non erunt, atq; de eis spem aliquam haberi non posse iudicabunt, à dictis Collegijs reijciant, & ad suos Prouinciales remittant, qui illis de Conuentu in Prouincia sua prouidere poterunt.

6 Singuli Regẽtes, singulos socios sacerdotes ad eorũ obsequia deputatos habebũt, qui, expediti à negocijs particularibus dictorũ Regẽtũ, inseruiẽt choro, & ecclesiæ.

7 In Collegijs Papiæ, & Patauij, nullus deinceps instituatur Prior, & ne acephala remaneant, penes Præfectũ illorũ erit cura, administratioq;, ne tamẽ à lectionibus habendis, & disputationibus propter domestica negotia abstinere cogatur, instituendus erit in singulis eorũ unus Pater grauis, & principalis pro Oeconomo, seu Vicario Conuentus, cum reliquis necessarijs ministris, & alijs iuxtà possibilitatem Conuentuum.

Oeco-

8 Oeconomus, seu Vicarius nullũ ius habeat in Regẽtes, & studentes, in cæteros habeat ius coercendi ad ea pręstanda, quæ ad conuentus, & ecclesiæ decorem, cõmodum, & utilitatem expedire sibi uidebuntur; ita tamen, ut summa iuris in oẽs sit, & remaneat penès Pręfectum: poterit etiam Oeconomus concedere licentiã, & benedictionẽ his, exceptis Regentibus, & studẽtibus, quibus exire Conuentum pro legitima causa contigerit: Ipseq; locum habebit immediatũ post Regentes supra omnes alios; Regentes uerò pręcedent oẽs in Conuentu commorantes: In alijs aũt Collegijs seruetur consuetudo in administrando Conuentu, seruatis his nostris decretis in ijs, quæ ad Regentes, & studentes attinent: sed in pręfatis duobus Collegijs, cæteri Regentes sint Clauarij, & Consiliarij Pręfecti.

9 Quoniã in prędictis Collegijs non potest haberi cura nouitiorũ, cũ in maiora, & grauiora negocia sit incumbendum, decernimus deinceps in Collegijs Romæ, Papiæ, & Patauij nullum admittendum esse ad habitum nostræ Religionis, neque ad professionem emittendam nomine prędictorum Collegiorum.

10 Singulis studentibus quolibet anno, quousq; cursum compleuerint, à Conuentu cuius sunt alumni prouidebitur uestiariũ duodecim aureorum, expendendorum iuxta decreta reformationis.

11 A Conuentu, ubi erit studium prouideatur de uictu, & oleo necessario pro studio, meta posita à Pręfecto.

12 Regentibus uerò singulis in Collegio Neapolitano à Conuentu: in Collegio Drepani ab utraque Prouincia Siciliæ, scilicet Sancti Alberti, & Sancti Angeli: in cæteris autem Collegijs à Prouincia, in qua collocata reperiuntur, assignabitur uestiarium uiginti quinque

aureo-

aureorum in auro pro eorum necessitatibus expenden dorum: de uictu autem, oleo, & papyro prouideat Cōuentus in quo degunt.

13 Idcirco eximuntur huiusmodi Collegia ab oneribus Prouinciæ, & D. Mariæ Transpontinæ, quæ diuidenda erunt in alios Prouinciæ Conuentus, & Prouinciæ, in quibus nullum erit Collegium, poterunt supplere in huiusmodi expensis, & oneribus iuxtà dispositionem Generalis Ordinis.

14 Obsonium studentium, & aliorum, qui degent in studijs generalibus, consideratis considerandis, taxabitur à Reuerendis Regentibus, & Oeconomo.

15 Horæ canonicæ in choro submissa uoce recitabuntur à Patribus Cōuentus prẹter missam maiorem, & uesperas, quibus concinendis intererunt omnes studentes. Mandamus tamen, ut quotidie in Capitulo, aut alio loco commodo, hora per Prẹfectum deputāda, studentes recitent diuinum officium ad prẹscriptum nostrarum rubricarum.

16 Volumus etiam, ut omnes tam Regentes, quàm studentes quotidie ad missam celebrandam teneantur.

17 Non cogantur studentes nisi ad funera nobilium in ecclesijs nostris tumulandorum, ad aliorum aūt, etiam, ut prẹfertur, nobiliū, arbitrio, & beneplacito Reuerendi Magistri Prẹfecti.

18 Vt omnis tollatur occasio conterendi tempus, quo nihil est preciosius, nunquam licebit Regentibus, neq; studentibus exire septa monasterij, neque ad lectiones publicas, neque ad conciones audiendas, nisi semel in hebdomada, animi causa, & eo die tantùm, quo uacabunt à lectionibus: Prohibentes Reuerendo Prẹfecto, ac alij cuicunque nostro inferiori, ne cuiquam Regen-

tium

tium, aut ſtudentium exeundi licentiam cõcedere pręſumat.

19 Regentes Doctrinam D. Thomæ, & methodum tam in Philoſophia, quàm in Theologia profitebuntur; utentur tamen illis omnibus expoſitoribus, quos uoluerint: ſtudentes uerò in Philoſophia Diuo Thomæ, Doctori Franciſco à Toleto, Auerroi, & Ioanni à Ianduno operã nauabunt: cæterùm in Theologia eidem D. Thomæ, & omnibus eius interprętibus tantùm ſtudebunt. Non omittant tamen Reuerendi Regentes opinionẽ noſtrorum Doctorum, Ioannis Baconitani, & Michaelis à Bononia tam in Philoſophia, quàm in Theologia ubi opus fuerit, afferre, proprijs rationibus, & argumentis confirmare: circa dogmata uerò præ cæteris Thomæ Valdenſis doctrinam anteponant.

20 Singuli Regentes Philoſophi quotidie duas lectiones habebunt, alteram mane, in ueſperis alteram, continuando eundem librum, & ita ſinguli ſtudentes Philoſophiæ quotidie ab eodem pręceptore binas lectiones eiuſdem materiæ habebunt. Regentes uerò Theologi ſingulã tantùm quotidie lectionẽ habebunt, & utranq; ſtudentes Theologi audire tenebuntur.

21 Inferioris claſſis ſtudentibus nullo modo licebit audire lectiones claſſis ſuperioris: huius uerò ſtudentes, ſi ita Pręfecto expedire uidebĩt, poterunt intereſſe lectionibus inferioris claſſis.

22 Lectionum legẽdarum hora, & locus arbitrio Reuerendi Præfecti deputabitur.

23 In Philoſophia, (quam abſolui quatuor annis unà cum Metaphyſica uolumus) hi tantum libri ex Ariſtotele legenĩ, libri de phyſico auditu uno anno, in ſecundo libri de cœlo, & de generatione, in tertio libri de aĩa, in

quarto

quarto libri Metaphyſicorum : ex Theologia lectiones abſoluentur per quadriennium, iuxtà numerum partiũ Summæ D. Thomæ, diuiſa ſecunda in duas.

24 Ante initium lectionum fiat repetitio lectionis pręcedentis breuiter à pręceptore, & ſinguli lectiones ſcribant, dum leguntur, ideò Regentes commodè legant, ut ualeant ſcribere diſcipuli, & ſententias quando opus fuerit repetant.

25 Diſtribuantur ſingulis claſſibus ſingulæ dies Dominicæ pro diſputationibus habendis poſt uesperas, in quibus proponentur omnes cõcluſiones ex lectionibus pręhabitis deductæ, & tunc pręſidente Regente illius claſſis arguent tantùm condiſcipuli eiuſdem claſſis; ita tamen, ut ad reſponſionem Reuerendi Prefecti, ſi locutus fuerit, omnes, etiam Regentes, acquieſcant: tenebuntur nihilominus quicunq; tam Regentes, quàm ſtudentes, etiam aliarum claſſium intereſſe: quotidie uerò aſſignetur hora repetendi lectiones, & diſputandi priuatè de eis.

26 Gradus hoc modo à Patre Ordinis cõcedendi erunt, nempè Curſoratus perfecto curſu totius Philoſophiæ naturalis, & diuinæ, habitis tamen prius publicis diſputationibus in uniuerſa Philoſophia, ut ſupra, & quatuor lectionibus ex quatuor ſcientijs, ſeu libris prędictis, & facta atteſtatione per eoſdem quatuor Regentes de illis ſufficientia, & moribus. Lectoratus finito curſu uniuerſæ Theologiæ, habitis lectionibus, & diſputationibus, ut ſupra in Theologia, ſimiliq; atteſtatione. Baccalaureatus, & Magiſterij, ubi per quatuor annos, uel legerint uniuerſam Philoſophiam, uel diſputationes ex tota Theologia, ſaltem ſemel in anno per eoſdem quatuor annos, iuxtà quatuor partes ſummæ D. Thomæ habuerint.

habuerint; Lectores uerò Philosophiæ in fine primi biennij tenebuntur publicas disputationes habere ex prima parte S. Thomæ,& prima secundæ; in fine autem secundi biennij ex secunda secundæ,& tertia parte; ita ut in hisce duabus disputationibus oẽs materiæ dictarum partium proponantur. Patentes uerò aliter,& alio modo concessæ omninò nullæ sint, ac nullius ualoris,& momenti censeantur,ac si nunquam concessæ essent.

27 Vt prę oculis etiam habeamus labores, & merita Patrum simplicium, & reliquos eorum exemplo ad uirtutem colendam pręmijs accendamus, nobis uisum fuit laudabilem illam, & antiquam consuetudinem graduũ, qui dictis Patribus concedi consueuerunt, minimè abolendam, sed in eorum, & uirtutis gratiam conseruandã esse, cum maiori tamen decore, & honestate. Iccircò statuimus duos in uniuersum gradus pręfatis Patribus cõdonandos, nempè Paternitatis, seu Patrum honoris, & Iubilei, sub hisce conditionibus, ut gradus Paternitatis concedatur tantùm his, qui quinquagesimum compleuerint suæ ætatis annũ,& trigesimum in Religione; Iubilei uerò, qui compleuerint quinquaginta annos in Religione. Cæterum ne ætatis tantùm uideamur habere rationem, & qualiscunq; seruitutis in Religione, decernimus neminem hisce gradibus honestandum esse, qui quandoque post professionem emissam ab ordine apostatauerit, uel,ob aliqua delicta, infamia sit notatus, uel condemnatus, & ad confessiones audiendas secularium non admissus, & deniq; à Reuerendo Prouinciale, & quatuor Diffinitoribus subscriptis non prę sentatus; quas quidem cõditiones uolumus in literis patentibus eiusmodi graduum concedendorum exprimi debere; sine quarum expressione literæ concessæ, tanquam sub-

reptitiæ nullæ ſint; in quo oneramus Reuerendorum Prouincialium conſcientiam, ad quos ideò Reuerendi Priores ſtatim gratiæ conceſſæ copiam literarum tranſmittere teneantur.

28 · Studẽtes nullatenus prędicationi uacabunt ante lauream; niſi fortè in eccleſia Collegij ſtudentes Theologos ad exercitium per uices deputandos iudicaret Pręfectus.

29 · Regentes nunquam lectiones intermittẽt, ſub pœna priuationis graduum, niſi ſemel in hebdomada, ſi feſtũ non interceſſerit. diebus feſtis, in hebdomada maiori, & per octo dies Natiuitatis Domini, ac à feſto Sanctæ Magdalenæ, uſque ad Natiuitatem B. Virginis; excipimus tamen caſum infirmitatis.

30 Vt omnis controuerſia, & lis circa graduatorum pręcedentiam tollatur, ſtatuimus in poſterum ius pręcedentiæ exoriri debere à die datarũ literarũ; ita tamen, ut Magiſtri infra annum lauream ſuſcipere teneantur, ſub pœna priuationis iurium ſuorum circa pręcedentiã, quæ eo caſu à die ſuſcepti doctoratus exordienda erit. De his uerò, qui in hunc uſque diem fuerunt promoti, unuſquiſque maneat in loco, quem citrà ullam difficultatem ſibi acquiſiuit; ſed ex illis, qui litem mouerunt circa pręcedentiam ob aliquam cauſam, nec hucuſque fuit terminata, pręcedentia incipiat à die datarum literarum; in quo animaduertat Pater Ordinis, ne cum pręiudicio alterius alicui locum ſuæ profeſſionis concedat contrà pręfati ſtatuti tenorem.

31 Declaramus inſuper Emeritos, & Benemeritos abolendos eſſe; &, qui modò ſunt Emeriti, uel Benemeriti quadrageſimum quintum annum in Religione cõplentes Iubilei uocentur; cæteri uerò Patres honoris; ita ut

ſolùm

solùm titulus Patris honoris, & Iubilei in Religione nominetur; tenebunt aũt locum Patres Iubilei post Baccalaureos supra Patres honoris, Lectores, & alios quoscunq; Patres: Patres honoris uerò pręcedent Lectores: &, ut nullum omninò pręiudicium inferatur ijs, qui per literas Emeriti, aut Benemeriti obtentas aliquod ius acquisiuerunt, unusquisq; teneat locum, quem iam sibi acquisiuit.

32 · Non audebit quisquã inposterũ librum, seu opusculum aliquod prælo tradere sine licentia Prioris Generalis, sub pœna priuationis loci, uocis, & gradus: ab unaquaq; autem Prouincia deputentur quatuor examinatores, & reuisores operum, & librorum imprimendorũ, qui Priori Generali de opere reuiso sententiam suam significabunt. Conclusiones uerò de licentia Reuerendorum Magistrorum Prouincialis, & Regentium Collegij imprimi poterunt pro disputationibus ineundis.

33 · Et, quoniam sine libris, tanquam propria studiosorũ supellectili, in studijs operam sedulò nauare non possumus, ut facilè in uno quoque Collegio copiosa Bibliotheca confici possint, omnes Regularium defunctorum libros ad dicta Collegia deferri statuimus, donec copiosa Bibliotheca erecta fuerit.

34 Reuerendi Magistri, quorum opera uti uoluerit pro studijs Generalis Ordinis, humiliter (ut tenentur) obediant; &, qui electi fuerint, abstineant à cõtentionibus, & iurgijs inter se, nec zizania foueant inter studentes, uel alios; aliter post trinam admonitionem contumaces, & inobedientes gradu, & dignitatibus priuatos, expellet Pater Ordinis à Prouintia, in qua tunc degent, exules per decennium.

35 Declaramus eos, qui Regentis officio functi fuerunt

in aliquo Collegio uniuersali, locum, & uocem actiuā & passiuam in omnibus Capitulis prouincialibus, & cōuentualibus in quibuscunque Prouincijs, etiam si in eis non degant, modò in illis ob transitum, uel ob quamcunq; aliam occasionem sint pręsentes, deinceps habituros. Decernimus insuper prędictos Regentes, absoluto cursu Theologiæ, ad omnia officia, & dignitates omnium Prouinciarum æquè principaliter, ac si essent eiusdem Prouinciæ alumni, concurrere posse. Denique statuimus, ut ijdem, post absolutum cursum Theologicum in aliquo Collegio uniuersali, gaudeant priuilegijs Doctorum Parisiensium; ita ut cæteros Magistros in quocunq; loco, & actu antecedant; nisi supra quatuor annos alij ante ipsos lauream susceperint.

36 Et, ne indigni priuilegijs, & exemptionibus gaudeant, & unusquisque sibi pro arbitratu suo gratias arroget, decernimus, ut nullus frui possit gratijs, priuilegijs, & exemptionibus Regentis, Paternitatis, Iubilei, & cuiuscunque alius tituli in nostris decretis, seu constitutionibus descriptis; nisi prius literas patentes de huiusmodi gratijs, & priuilegijs à Reuerendissimo Patre Ordinis obtinuerit.

CAPVT VNDECIMVM.

DE REGVLIS SERVANDIS in Lectionibus habendis.

1 VT In omnibus Collegijs nostris unus seruetur modus, & stylus in auctorũ interpretatione, infrascriptas regulas seruari mandamus.

Regulæ Professorum Rethoricæ, & Logicæ.

2 Præter Collegia uniuersalia, uolumus, ut in singulis Prouincijs instituantur aliqua Collegia minora, in quibus professi, & iuuenes nostri Regulares Rethoricam, & Logicam doceantur; ea de re in huiusmodi Collegijs minoribus manuteneatur à Conuentu, competenti salario proposito, unus Præceptor regularis, uel secularis, qui literas humaniores, & Rethoricam iuuenes doceat.

3 In ijsdem Collegijs instituatur Regens, qui Logicam profiteatur; ita ut duobus annis iuuenes Rethoricam, & Logicam audiant.

4 Qui Logicam profitetur, curet, ut primò pro introducendis iuuenibus Fonsecæ Summula utatur: non tamen totam legat, sed ea solum, quæ magis sibi expedire uidebuntur. Deinde prædicabilia Porphyrij, omissis quæstionibus Metaphysicis, & ijs, quæ ad communitates attinent, exponat: ex Aristotele autem Prędicamenta, primum librum Perihermenias, omisso secundo, aliquot capita magis necessaria ex primo libro Priorum, & ambos libros Posteriorum explanet; Topica uerò, & fallacias Elencorum in compendio proponat.

Regulæ

5 Vniuersam Philosophiam, ut diximus, quadriennio perlegãt, idq; binis quotidie horis, ante meridiana una, altera pomeridiana.

6 Explicẽt primo anno octo libros Physicorũ, secundo anno libros de cœlo, & generatione, tertio anno libros de anima, quarto anno libros Metaphysicorum.

7 In octo libris Physicorum compẽdio tractatur textus librorum sexti, & septimi, etiam primi in ea parte, quæ est de antiquorum opinionibus. In octauo libro nihil differatur de numero intelligẽtiarum, nec de infinitate, seu libertate primi motoris; sed hæc in Metaphysicis disputentur, & quidem solùm iuxtà sententiam Arist.

8 Magnum quæstionum delectum habeant tam in Physicis, quàm in uniuersa Philosophia: solertesq; caueant, ne aut inuadant in alienas, aut ex suis alias prolixiùs, q̃ res postulet, alias alieno loco pertractẽt; sed unasquasq; ex textu Arist. exorientes, uel etiam Commentatoris, ubi id expedire iudicauerint, examinent breuiter, & dilucidè; reliquas omittant, ne auditorum intellectum inutilibus quæstionibus retardetur.

9 Textum secundi, tertij, & quarti librorum de cœlo, breuiter perstringant, & magna ẽt ex parte prætereant, quod eorum iudicio relinquimus; in quibus libris non pertractentur, nisi paucæ de elementis quæstiones: de cœlo autem dumtaxat de eius substantia, de motu, & influentijs; reliquæ potius conferantur in epitomem. In libro primo de generatione antiquorum opiniones strictim referantur, & cursim.

10 In primo libro de anima ueterum placita Philosophorum summatim percẽseant; in reliquis uerò ea tantum exponant, quæ ad Philosophũ naturalem maximè

pertinere

pertinere cognoſcant.

11 In libris Metaphyſicorum Proœmium, ac quinti, ſeptimi, duodecimiq; librorum textum magna ex parte diligenter explicent; in cæteris libris ex uno quoq; ſeligant quoſdam pręcipuos textus, tanquam fundamenta quæſtionum, quæ ad Metaphyſicũ pertinent; quæſtiones de Deo, & intelligentijs, quæ aut omninò, aut magnoperè pendent ex ueritate reuelata prætereant; reliquas ad mentem Ariſt. ex proprijs Philoſophiæ principijs, qua fieri poterit breuitate, pertractent.

12 Strenuè conentur Philoſophiæ profeſſores Ariſtotelicum textum benè interpretari, in eumq; nihil minus operæ, quàm in quæſtiones, collocent; ideò tam ipſi, q̃ diſcipuli librum ferant in ſcholam, & docendi ſemper initium faciant à pręlegendis primis pręſentis lectionis uerbis, ſi textum ſunt expoſituri; deinde loci, quem tractaturi ſunt continuationem cum pręcedentibus, & ſcopum, ad quem ea diſputatio Ariſt. pertineat, breuiter indicent; tum memoriter textus ſententiam colligant, diſtinguentes ſedulò id, quod ab auctore probatur, ab argumento quo probatur, ne uno pro altero ſumpto, totum confundant ordinem: quodlibet etiam argumentnm textus in ſyllogiſmi redigant formam, ut eius uſum diſcipuli in Ariſt. obſeruent, & imitentur.

13 Quin etiam, ſi textus ſit paulò perplexior, deſcendat ad aliquam uerborum cõſtructionem, grauiter tamen, ut iuuenes Ariſt. phraſibus conſueſcant, & una aliqua ferè interpretatione, quæ optima uideatur, contentus alias non congerat.

14 Cum incidit in textus aliquos admodum celebres, & in diſputationibus ſæpè iactari ſolitos, uarijs etiam uſibus accommodos, eos accurratè perpendat, atque ex-

planet,

planet, non omnibus quidem, sed illustrioribus aliquot interpretationibus inter se collatis; ut, quæ quibus ante ferenda sit, innotescat ex antecedentibus, & cõsequentibus, uel ex ui Græci sermonis, uel ex aliorum locorũ obseruatione, uel ex insignium interpretum auctoritate, uel ex rationum momentis.

15 Postremò ueniatur ad dubiola quædam, siue de re ipsa, siue de mente Aristoteli, non affectanda quidem, sed, si cuius momenti sint, non omittenda.

16 Quæstiones, quæ non ex ipsius Aristotelicæ disputationis uisceribus nascuntur, sed ex occasione cuiusquam axiomatis, aut pronunciati, quod inter disputandum Aristoteles obiter usurpat interdũ, si alijs in libris proprium locum habet, eò reijciantur; sin minus, continuò post textum ipsum, in quo se se obtulerint, explicentur.

17 Verùm quæstiones, quæ per se ad materiam, de qua disputat Aristoteles, pertinent, non pertractentur ante finem oĩum textuum ad propositæ rei summã spectantium, si plures hi non sint, quàm una, aut altera lectione possint expendi.

18 Sin huiusmodi textus plus æquo pateant in longum; ut, qui sunt de principijs, de causis, de motu &c. in his nec prolixi tractatus habeantur, nec totus Aristotelis contextus anteponatur quæstionibus; sed cũ illis grata uice coniungatur; ut subiecta re, quæ in manibus uersatur, suas in partes distributa, post aliquam textuum seriem, ex quæstionibus aliquid interseratur.

Regulæ Professorum Theologiæ Scholasticæ.

19 Cum quadriennio totus Theologiæ Scholasticæ cursus sit absoluendus; hac ratione illius Professores libros explicandos proponent, ut unus quadraginta tres quæ-

stiones,

ſtiones ex prima parte S. Thomæ explicet primo anno; Secundo anno totum quod ſupereſt, & uiginti unam quæſtiones ex prima ſecundæ; Tertio anno à quęſtione quinquageſima quinta uſq; ad finem primæ ſecundæ; Quarto anno ex ſecunda ſecundæ diſputet de Fide, de Spe, & de Charitate, cum omnibus, uel pręcipuis controuerſijs de ſcriptura, de traditionibus, de Concilijs, de Ecclesia, & de Romano Pontifice; ubi pręcipuè conſulendi erunt Pater Thomas noſter Vualdenſis, & Pater Bellarminius.

20 Alter aũt profeſſor primo anno exponet ex ſecunda ſecundæ quęſtiones de iuſtitia, & iure, & pręcipua quędam de Religione, ut de uoto, de iuramẽto, de ſimonia; Secundo anno ex tertia parte quęſtiones de Incarnatione; &, ſi poteſt, aggrediatur etiam Sacramenta in genere; quæ, ſi tunc non abſoluerit, ſequenti abſoluat anno; Tertio anno de Baptiſmo, & Euchariſtia, &, ſi q̃d poterit, de Sacramentis Confirmationis, Ordinis, Extremæ unctionis diſſerat; Quarto anno de Pœnitentia, & de Matrimonio.

21 Ex quęſtionibus uerò, quæ ſibi pertractandæ fuerint, ſingulas intra annũ, cui aſcriptæ ſunt, abſoluat. Si quas non poterit, prętermittat omninò; nec alterum in annũ reijciat.

22 Si quando Sanctus Thomas eandem difficultatem in plures diſtrahit articulos, pręſertim diuerſarũ quęſtionum, caueat profeſſor; ne idem duobus repetat locis.

23 Poterit etiam, ſi uelit, in unam diſputationem, uel in compendium redigere articulos illos, dummodò nihil prętereat, quod in articulis ſingulis obſeruatione dignum ſit; ut ſit potius ordinata quædam Sancti Thomæ explicatio.

24 Faciles percurrat articulos, itaque prælecto titulo, mox, uel nudas Sancti Thomæ conclusiones indicet; uel dicat tantum, respondet Sanctus Thomas negatiuè, uel affirmatiuè.

25 Difficiliores autem diligēter explanet, magis tamen, minusúe, pro rerū grauitate; idq; hoc ferè modo, atq; ordine.

Continuetur primum articuli titulus, atque explicetur, si quid habet obscuri.

Tum exponatur distinctio, si qua est, ex cuius membris conclusiones S. Thomæ nascuntur.

Mox conclusio primaria Sancti Thomæ; dehinc aliæ, ut appendices, ponantur.

Conclusionibus singulis, nisi perspicuæ sint, annectatur aliqua ratio Sancti Thomæ.

Si quid præterea indicari ex libro operæ prętium sit, quia id per se discipuli perspicere, aut colligere nequeunt, indicetur.

Dehinc dubia literalia, si qua fuerint, edisserantur.

26 Explicato quolibet Sancti Thomæ articulo, suam, si res exigat, quæstionem Professor instituat, non tamen prolixiorem ullum tractatum; nisi in ijs materijs, quæ uel in S. Thoma non habentur, uel habentur quidem, sed utilius explicantur compendio.

27 In quæstionibus, de quibus inter Doctores non conuenit, non adducantur opiniones obsoletæ, absurdæ, inutiles, manifestò falsæ.

28 Suas Professor conclusiones probare studeat argumentorum non tam numero, quàm pondere; seligat itaq; præcipua quędam, leuiora prętereat.

29 Non coaceruet obiectiones, sed potissimas seligat; nec earum ullā multipliciter refellat, nisi graui de causa:

quin

quin & interdum earum confutatio prętereunda est, si ex iactis iam fundamentis facilè pateat.

30 Atq; hæc omnia, uel ampliora, uel contractiora esse oportet pro uario quęstionum gradu, atq; ordine; sunt enim quędam adeò leues, ut una ferè probatissima opinione, eiusq; una, aut altera ratione contentæ sint, uix totidem adductis, ac solutis obiectionibus.

CATALOGVS ALIQVOT QVAESTIONVM ex prima parte Sancti Thomæ.

q. 1. ar. 1. NOn uidetur disputandum hic de sancti Thomæ solutione ad secundum, quia Philosophica est; sicut & quęstio de potentia neutra. Vtrùm insit homini naturalis appetitus ad claram Dei uisionem, differatur in 1. 2. q. 3. art. 8. uel q. 5. art. 8. Quęstio item de necessitate doctrinæ reuelatæ in genere remittatur ad secundam secundæ, ubi agitur de necessitate Fidei. Tametsi nihil prohibet hic breuiter disputari de necessitate Theologiæ tantùm.

ar. 2. Quæ pertinent ad naturam scientiæ, & ad subalternationem scientiarum, non disputentur hic; sed supponantur ex Logica.

ar. 3. Non tractetur hic de rationibus formalibus obiectorum scibilium; neque an scientia sit unus simplex habitus, & qualitas in genere; hęc enim Philosophorũ sunt; sed his suppositis sufficit quęrere, an Theologia ex aliqua ratione peculiari sit unus habitus, & una simplex qualitas.

ar. 4. Non disputentur, sed supponantur, quæ dici solent de speculatiuo, & practico, ut sunt differẽtiæ scientiarũ.

ar. 5. Non tractetur, quid sit certitudo, assensus, quid firmitas, quid ueritas, quid euidentia, & quotuplex; sunt

enim Logicorum,

ar. 8. Vtrùm Theologus possit euidéter aut articulos Fidei probare, aut diluere aduersariorum argumenta, non hic tractetur, sed in secunda secundæ; id tamen licebit disputare de cóclusionibus tantùm, quas ex Fidei principijs Theologus deducit.

ar. 9. An decuerit scripturã abundare metaphoris & parabolis; & an sacræ literæ apertæ,& claræ sint breuib. tractetur, uel omittať; sicut ẽt tractatus de sensib. scripturę.

q. 2. Non explicetur, sed ex Logica supponatur, quid, & quotuplex sit propositio per se nota,& immediata; nec rationes Sancti Thomæ, quibus demonstrat Deũ esse, confutentur; sed potius corroborentur.

q. 3. An aliquod corpus moueat immotum; & an uiuens

ar. 1. nobilius sit non uiuente; & an Arist. rectè probauerit Deum esse incorporeum, relinquatur Philosophis.

ar. 2. Nihil hic de principio indiuiduationis.

ar. 3. Non tractetur de distinctione suppositi, & naturæ; pertinet enim ad 3. par. q. 3. ar. 3. Quomodo autem distinguantur in creaturis esse, & essentia, relinquatur Metaphysico.

ar. 4. In quęstione, an Deus sit in prędicamẽto, rescindanť, quæ sunt propria Logicorum. Quęstio uerò, an Angeli, & cœli sint in prędicamento, tota Logico relinquatur.

ar 7. An simplicitati diuinæ repugnet personarum,& relationũ pluralitas, non tractetur hic; sed infrà quæst. 28. ar. 8.

q. 4. An aliqua perfectio,quæ formaliter sit in Deo,liberè

ar. 1. ei cõueniat, differatur in q. 19. ar. 2. An autem relatio diuina secundum se sit aliqua perfectio, remittatur ad materiam de Trinitate.

q. 5. Prętermittatur, & ex Metaphysica supponatur, quid

sit

fit bonum.

q. 7. Quid Aristoteles senserit de Dei infinitate, relinquatur Philosopho.

ar. 1. An creari possit aliquid infinitum in quantitate, uel

ar. 2. 3. 4. in qualitatibus naturalibus Philosophi est disputare; sicut & de infinito in genere substantiæ; cùm tam hoc, quàm illud infinitum esse creabile, iisdem ferè argumentis probari soleat, aut oppugnari. An aût possibile sit infinitum in qualitatibus supernaturalibus à Theologo differatur, sed in secunda secundæ quęst. 24. ar. 7. tantummodò.

q. 8. De ubiquitate humanitatis Christi nō tractetur hic, sed in 3. par. q. 2.

q. 9. An Angeli, & cœli sint entia necessaria, & immutabilia, non est quęstio Theologi, sed Metaphysici.

q. 10. Tempus discretum pertinet ad hunc locum.

q. 11. De uno, ut est passio entis, nihil dicat Theologus; cùm sit Metaphysica res.

q. 12. Non hic agatur de naturali appetitu uisionis Dei, sed

ar. 1. in prima secundæ.

ar. 3. An repugnet in subiecto quanto inhęrere accidens spirituale, uel in subiecto immateriali accidens corporale, differatur in materiam de Eucharistia.

ar. 6. Tractare de inæqualitate pręmiorum, sicut & meritorum, pertinet ad 1. 2. q. 4. ar. 2.

ar. 8. De cognitione beatifica animæ Christi non disputetur hic, sed in tertia parte.

ar. 12. An puro uiatori possit communicari euidens notitia abstractiua articulorum Fidei, nō hic disputandum est, sed supra q. 1. ar. 5.

q. 13. De distinctione attributorum, & essentiæ nihil hic

ar. 3. repetatur, si de ea supra disputatum est q. 3.

& 4.

Non

ar. 5. Non diſputetur de analogia entis; cum ſpectet ad Metaphyſicum.

ar. 7. Nihil hic dicatur de relationibus in genere; cum id Metaphyſicæ ſpeculationis ſit.

ar. 8 9. Modi quibus ſumitur nomen Dei, & ea, quæ dici
10. 11. ſolent de nomine Tetragrammaton, paucis explicen-
& 12. tur.

q. 16. 17. Diſputatio de uero, & falſo, Metaphyſici negocij eſt.

q. 19. An Deus ſit cauſa peccati, & an teneamur uolunta-
ar. 9. tem noſtram diuinæ conformare, pertinent ad primam
& 12. ſecundæ.

Non moretur Theologus in explicanda Peripateticorum, aliorumq; Philoſophorum ſententia de Prouidentia Dei.

q. 23. Ad quem finem ordinaretur homo, ſi non eſſet finis
ar. 1. ſupernaturalis, non diſputetur hic, ſed in prima 2 q. 2.

ar. 3. Quid agendum ſit ei, cui ſua damnatio reuelaretur, non tractetur hic, ſed in materia de Spe.

ar. 5. De prędeſtinatione Chriſti, & quomodo Chriſtus ſit cauſa noſtræ prędeſtinationis, relinquatur tertiæ parti.

q 25. An actio ſit in agente, ut in ſubiecto, quæſtio Phyſicorum eſt, non Theologorum.

ar. 1. An Deus per ſe ſolum poſſit efficere rem, quæ eſt peccatum, pertinet ad primam ſecundæ; ſicut ad ſecundam ſecundæ, an poſſit per ſe, uel per alium dicere falſum.

ar. 6. Nihil hic de beatitudine in genere, uel de noſtra.

q. 27. De uerbo mentis nihil aliud tractetur, quàm an pro-
ar. 1. ducatur ab intellectu noſtro, ut terminus actionis, & quomodo ab ea diſtinguatur; nec fiat lunga tractatio de Trinitate probanda ex ſcripturis.

ar. 2. An pili, & capilli in animalibus uiuant, relinquatur Philoſopho.

Non

ar. 3. Non disputetur, an amatum sit in amante; neque an notitia concurrat actiuè ad actũ uoluntatis; prius enim ad Philosophiam, posterius ad primã secundæ pertinet.

q. 28. ar. 1. & 2. Quæcunque Caietanus, uel alij hic disputant de Relationibus in genere, relinquantur Metaphysico.

q. 29. Quid suppositum addat supra naturam singularem, pertinet ad tertiam partem.

q. 32. An euidenter dilui possint argumenta contrà mysterium Trinitatis, pertinet ad credibilitatem articulorum Fidei, de qua agitur in 2. 2. q. 1. ar. 4.

ar. 4. De uaria censura, & qualitate propositionum non disputetur hic, sed in materia de Fide.

q. 39. Non disputetur hic, quomodo persona diuina distinguatur ab essentia, si q. 28 tractatũ fuit de distinctione relationum, & essentiæ.

q. 43. De uisibilibus signis, in quibus apparuit Spũs Sanctus breuiter disputari potest. An autem illa hypostaticè unita fuerint Spiritui Sancto, pertinet ad tertiã partem. Itẽ an apparitiones uisibiles, quæ in ueteri, seu nouo testamento tribuuntur Deo, fuerint factæ immediatè per Deum, an per Angelos, non fusè tractetur.

q. 53. An motus Angelorum possit fieri in instanti, supponit multa Philosophica quæ hic non tractentur. Id q̃d etiam seruetur in ijs, quæ disputantur q. 54. ar. 1. & 3.

Ex prima secundæ

q. 1. ar. 1. Hic nihil, aut breuissimè differendum est de deliberata uoluntate, de consensu perfecto, & imperfecto, & quid sit hominem esse dominum suarum actionum: hęc enim locum suum habent inferius. Item nihil hic dicatur de causalitate finis; est enim quęstio Physica.

ar. 2. An Deus agat propter finem, pertinet ad 1. partem in materia de uoluntate Dei. Item utrum natura agat

propter finem, quæstio Philosophica est: igitur de his nihil hoc loco dicendum uidetur.

ar. 3. Cauendũ est, ne hic, & inferius eadem quęstio disputetur: nempè, utrùm actus hominis recipiant speciem à fine; leuiter igitur hic attingatur, & plenè differatur inferius.

ar. 4. Quomodo bonum sit sui diffusiuum, non disputetur hoc loco.

q 2. Vel omittatur, uel compendio exponatur; cum tota in Ethicis Aristotelis contineatur.

q. 3. An Deus uideatur à beatis uisione Dei increata, hic
ar. 1. explicetur, non in prima parte.

ar. 2. An habitus sit melior suo actu, non uidetur hic explicandum; cum sit quæstio Philosophica; & inferius habeat suum locum.

ar. 3. De perfectione sensuum in corpore glorioso, eiusq; dotibus, hic, & q. 4. ar. 6. aliquid dicatur, si uacat; cùm ad materiam de nouissimis non perueniatur. Item, an Deus uideri possit per aliquem sensum, seu sensitiuam notitiam, non hic, sed in prima parte differatur.

ar. 4. In quo consistat summa miseria damnatorum, non explicetur hoc loco, sed inferius; ubi de pœna peccati agitur.

ar. 5. Nihil dicatur de intellectu practico, & speculatiuo, nec de praxi, & speculatione.

ar. 6. Omittatur, uel breuiter attingatur Caietani cõmentarius in hunc locum.

ar. 7. De obiecto intellectus, & utrum anima naturaliter possit cognoscere substantias separatas, non disputetur hoc loco; sed relinquatur Philosophis.

q 4. Quicquid hic differi solet de differentia delectatio-
ar. 1. nis, amoris, & fruitionis, differatur in q. de frui, & uti;

Item

Item, an cum uisione Dei possit aliquo modo stare tristitia, reijciatur in tertiã partem; ubi queritur, an Christus secundum rationem superiorem passus sit.

ar. 2. An delectatio queratur propter operationem, an cõtra, tractetur in Ethicis; hic uerò nihil, uel breuissimè.

ar. 5. An animæ sanctorum à corporibus separatæ, statim Deum uideant, hic tractetur, non in prima parte.

q. 5. Quæ sunt propria uisionis beatificæ, relinquãtur 1.

ar. 2. parti; & solùm hic disputetur contra hereticos de inequalitate premiorũ in genere. Item, an hec inequalitas tollat, quo minus habeat satiatũ appetitum, qui minus beatus est.

ar. 3. Relinquatur ferè primæ parti totus.

ar. 5. Nihil dicatur de merito, aut de necessitate luminis gloriæ.

ar. 8. An uerò appetitu ordinato magis appetat damnatus non esse, q̃ sic esse, pertinet ad quest. de pœna peccati.

q. 6. Non differatur hoc loco de libero arbitrio contra

ar. 1. hereticos, sed in materia de gratia.

ar. 2. Vnde proueniat, quòd homo sui compos sit propriè liber, & dominus suorum actuum, tractetur infra in questione de electione.

ar. 3. Nihil dicatur de pura omissione.

ar. 4. Disputetur hic, an uoluntas possit cogi; non autem, an possit necessitari; quia de hoc inferius tractandũ est.

ar. 6. Quomodo metus irritet matrimonium, uotum, iuramentum, & contractus, reseruetur 2. 2. & 3. parti.

ar. 8. Difficultates de ignorantia, reseruentur in q. 76.

q. 7. Plenior consideratio circunstantiarum non est huius loci; cum de illis sæpè inferius differendum sit.

q. 9. De concursu Dei cum nostra uoluntate nõ hic dispu-

ar. 4. tetur, sed in 1. par. Nihil etiam dicatur de fortuna.

ar. 4. Nihil hic differatur de prescientia, seu de predestinatione actuum liberorum; neq; de gratuita motione, qua Deus mouet uoluntatem humanam.

q. 11. Non uidetur hic quicquam differendum de obiecto Spei; neq; an possit beatus frui diuina essentia, non fruendo personis, uel una persona, & non alijs; hoc enim pertinet ad primam partem.

q 12. Non tractetur, utrùm intellectus possit simul multa
ar. 3. intelligere.

q. 14. Non differatur hic, utrùm aliquādo liceat consulere minus malum.

q. 15. De cõsensu formali, uel de interpretatiuo, & an pertineat ad rationem superiorem, inferius tractādum est.

q. 17. Quomodo ratio imperet membris externis, nempè dispositiuè, an politicè, disputare Philosophi moralis est; breuiter igitur hoc loco expediatur.

q 18. Variae acceptiones boni, & mali differantur in mate-
ar. 1. riam de peccatis; ubi etiam tractari potest de entitate illa morali. Item controuersia cum hereticis, an omnis actio humana sit mala, differatur in materiam de gratia.

ar. 9. Vtrùm in homine existente in gratia detur aliquis actus indifferens ad meritum, & demeritum, disputetur in materia de merito.

ar 11. Pretereantur ea, quae pertinent ad confessionem circunstantiarum.

q. 20. Haec difficultas repetit in materia de peccatis; quare
ar. 5. in eum locum reseruetur, exposito hic solo textu S. Th.

q 21. Difficultates huius articuli differantur in materiam
ar. 4. de merito.

Quaestiones, quae sunt inter 21. & 71. omitti possunt; explicentur tamen pauca de habitibus, & de uirtutibus in genere.

Quo-

q 71. Quomodo peccatum uirtutes, præsertim infusas, ex-
ar. 4. pellat, nō hic explicetur, sed in secunda secundæ in materia de Charitate.

q 72. Relinquatur illa quæstio, utrùm Dæmones possint
ar. 2. coire cum fœminis; quamuis in materia de Angelis aliquid ea de re possit attingi.

ar. 5. Nihil hic de distinctione mortalis, & uenialis.

ar. 8. Hæc difficultas satis explicata manet ex q. 18. ar. 5.

ar. 9. Non repetant, quæ supra de circunstantijs dicta sunt.

q 73. Non descendatur ad casus particulares de scandalo,
ar. 8. uel restitutione; neque hic tractetur, utrùm is, qui aliū ad peccatum inducit, grauius peccet, quàm qui occidit; pertinet enim ad materiam de scandalo.

ar. 9. De infinita malitia peccati aduersus Deum commodius tractetur in principio tertiæ partis.

q 76. ar 2. Non tractetur, quæ fides requiratur ad salutem.

q 79. Nihil dicatur de immediato Dei cōcursu cum secundis causis.

ar. 3. Vtrùm Deus aliquem necessarijs auxilijs ad salutem destituat, non tractetur hoc loco, sed in materia de prędestinatione, & reprobatione.

q 81. Immaculata conceptio B. Mariæ, non est huius loci,
ar. 3. sed tertiæ partis; ubi etiam. dum de eiusdem sanctificatione agitur, tractetur de fomite; & quomodo ligetur, aut tollatur.

q. 85. Quomodo natura lapsa differat à puris naturalibus, tractetur in materia de gratia.

q. 87. Vtrùm dimissa culpa maneat reatus pœnæ, reserue-
ar. 6. tur in materiam de pœnitentia.

q. 89. De primis motibus sensualitatis in infidelibus satis
ar. 5. esse uident, quæ superius de primis motibus dicta sunt. Vtrùm autem omnia opera infidelium sint peccata mor

I 2 talia

talia, differatur in secunda secundæ q. 10. ar. 4.

q. 92. Non disputetur hic, utrùm peccent, qui pœnæ metũ legem seruant; nec utrùm Deus peccata permittat, an uelit.

q. 103. Disputatio de cessatione legaliũ pertinet ad materiã de legibus. At, si quo quadriennio non uacaret agere de legibus, differatur in materiam de Baptismo.

Quęstiones 101. 102. 104. 105. & expositio S. Pauli in q. 89. ar. 2. breuibus explicentur.

q. 109 Quid intersit inter modum pręcepti, & eius substan-
ar. 4 tiam; & utrùm modus charitatis sit in pręcepto, non differatur hic, sed in materia de legibus.

ar. 5. Materia huius articuli differatur in quęstionem 114. ar. 7.

ar. 7. Non disputetur hic de macula peccati, nec de reatu pœnæ, nec de corruptione boni naturalis, nec de alijs huiusmodi, quæ in materia de peccatis explicata sunt.

q. 110. An gratia ponat aliquid in anima, uel hic tractetur, uel in q. 113. de iustificatione ar. 2.

ar. 3 Vtrùm Deus insignes aliquos peccatores necessarijs auxilijs destituat, hic explicandum est, non in materia de prędestinatione.

q. 112. Nihil hic dicatur de causalitate Sacramentorum circa
ar. 1. gratiam.

ar. 2. Vtrùm gratia primi hominis, & angelorum in eorum creatione data fuerit, supposita ipsorum dispositione, non hic tractetur, sed in prima parte.

ar 3. Non uidetur hic agendum de cõtritione continuata Caietani, uel de intensione Scoti; pertinent enim ad materiam de Pœnitentia.

q. 113. De necessitate fidei in Christum ante, uel post Euan-
ar. 4. gelium promulgatum, non hic disputetur, sed in 2. 2.

Vtrùm

ar.7. Vtrùm augmentum gratiæ detur in principio, an in fine actionis meritoriè; & utrùm, si operatio meritoria successiua sit, ipsa etiã gratia successiuè augeatur, melius reseruantur in quęst. de augmento charitatis in 2.2.

ar.8. De numero, & ordine, & necessitate omnium actuũ, qui concurrunt ad iustificationem, hic disputetur, non in materia de pœnitentia.

ar.10. Vtrùm in homine detur naturalis potentia ad gratiã, non disputetur hic; quia nõ multum differt ab illa, qua quæritur de naturali appetitu, & capacitate beatitudinis, circa principium primæ secundæ.

q.114. Nihil hic de merito Christi dicatur; cum pertineat

ar.6. ad tertiam partem.

ar.3. Vtrùm per quælibet opera augeatur gratia, & charitas, reseruetur in materiam de charitate in 2.2.

Ex secunda secundæ.

q.1. Hic disputãdũ est de scriptura, de ecclesia, de Papa, de Cõcilijs, de traditionibus, & si qua alia sunt huius gñis.

q.4. Non tractetur hic, sed infra in materia de charitate,

ar.3. an charitas sit forma omnium uirtutum in genere.

ar.6. Disputetur hic, an fides sit unus habitus; non tamen, an sit simplex qualitas.

q.5. Nihil de fide Angelorum in genere; de hac enim in

ar.1. materia de Angelis; sed hic tantũ, an fuerit fides in primo Angelo; si erat ei euidens Deum esse, qui loquebatur, & reuelabat ei mysteria.

q.6. Non nisi breuissimè, quia difficultas in materia de gratia tractatur.

q.10. Quęstio de baptizandis pueris infidelium reseruetur

ar.2. in materiam de baptismo.

q.12. Hic nõ fiant lungi tractatus de potestate ecclesiastica, & ciuili.

q. 23. Materia huius articuli non hic discutienda, sed in
ar. 2. materia de gratia; ubi etiam de distinctione charitatis, & gratiæ: sed, an charitas sit uirtus specialis, hic in ar. 4.

q. 26. Nihil hic de Contritione; sed tantum, an Deus sit summè diligẽdus intensiuè, seu solum æstimatiuè; quod in materia de pœnitentia non repetatur.

q. 61. In materia de merito, non hic disputetur, utrùm retributio meritorum apud Deum sit secundum iustitiam commutatiuam, an distributiuam.

Ex tertia parte.

q. 1. ar. 1. Nec de potentia obediẽtiali uidetur hic agendum, nisi obiter; cum pertineat ad prima partem in quæstione de omnipotẽtia Dei; nec de Incarnationis possibilitate; de qua tamen, si quid hic agendum uideretur, nõ repetatur in q. 2. Nec de distinctione suppositi, & naturæ; sed remittatur ad q. 3. ar. 3. Tandem, an sit de ratione boni se actu communicare, pertinet potius ad primam partem in quæstione de bonitate Dei, uel in quæstione de libero arbitrio Dei.

ar. 2. Quomodo nos satisfaciamus pro peccatis, & quomodo satisfactio nostra nitatur satisfactioni Christi, differatur in materiam de pœnitentia.

ar. 4. Omittenda uidentur dubia Caietani de peccato originali.

ar. 6. De Aduentu Messiæ contra Iudæos nõ disputet Scholasticus longo sermone; cum ea res nitatur scripturis; quæ, si diligenter examinentur, occupant multum temporis; sic breuiter nõ potest res tanta firmiter probari, propter multa Iudæorum subterfugia, & cauillationes.

q. 2. An in Deo sint tres substantiæ; & an essentia secundũ se subsistat, an per relationes, non hic disputetur; sed supponatur ex prima parte in materia de Trinitate.

Vtrùm

Vtrùm aũt possit unum essentialiter dependere à multis dependentia causali, supponatur ex Philosophia.

q. 4. Non disputetur de esse obiectiuo contra Scotum; sed ar. 4. supponatur ex prima parte in quęstione de sciẽtia Dei.

q. 6. Non uidetur huc pertinere quæstio Caietani, an aĩa ar. 3. reuersa ad corpus retineat suã propriã terminationem.

ar. 4. An materia iam proximè disposita sit propria formæ ante aduentum formæ, relinquatur Philosopho; sicut & illud, an realiter totum distinguatur à partibus suis.

q. 7. An uirtus heroica differat specie à uirtute cõmuniter dicta, supponatur ex Philosophia morali, uel ex prima secundæ.

q. 8. An humanitas Christi actiuè cõcurrat ad infusionem ar. 1. gratiæ, & ad opera miraculorum, cum habeat eandem difficultatem cum sacramentorum causalitate; ideò, ne semper repetatur idem, possunt ista coniungi, & simul tractari in materia de sacramentis in genere. Ex ijs tamen, si quis uoluerit non nihil in hac 8. q. attingere ad explicandum instrumentarium humanitatis cõcursum, hoc, quicquid attigerit, nullo modo repetat in materia de sacramentis.

ar. 2. & 3. Non uidet̃ disputandum, qui sint, aut non sint membra ecclesiæ, cum id pertineat ad materiam de ecclesia.

ar. 5. Aliena uidetur ab hoc loco illa quęstio Caietani, quo modo sequatur ex eo, quòd actus habeatur secundum quandam eminentiam, quòd sit actiuus omnium aliorũ eiusdem rationis.

q. 9. An intelligere diuinum possit communicari animæ ar. 1. Christi, pertinet ad primam secundæ, q. 3. ar. 1.

q. 10. Ea, quæ ad cuiusque beati statum pertinent, quando, ar. 2. & quomodo uideantur, non tractetur hic, sed in 1. par. sicut & reliqua, quæ pertinent ad uisionem Dei in cõi.

q. 11. An uiator possit habere notitiã euidentẽ abstractiuã
ar. 1. Trinitatis, non huc pertinet, sed ad primam partem.
ar. 5. Quicquid de habitu hic disputari solet in communi, supponatur ex Philosophia, uel ex prima secundæ.
q. 18. Quæ actiones dicantur humanæ, quæ non humanæ,
ar. 4. quęstio est primæ secundæ.
q. 22. De Christi sacrificio incruento in cœna, & de ratione sacrificij, & hostiæ in communi, commodius disputetur in materia de Eucharistia, & Missa; item de sacerdotio Melchisedech, &, ut fuit figura Christi, melius est, ut omittatur.
q. 24. Non repetantur hic, quæ pertinent ad prędestinationem hominum, & Angelorum.
q. 25. Omittenda uidentur, quæ hic nonnulli tractant de phantasticis imaginibus & uarijs dæmonũ illusionibus.

Cæteræ quæstiones de Incarnatione possunt omitti, pręter sex ferè; quarum prima sit de officio Mediatoris; ubi etiam aliquid de inuocatione sanctorum dicendum est. Secunda de Conceptione Beatæ Mariæ. Tertia de miraculis Christi, propter quosdam hæreticos nostri temporis, qui uim miraculorum Christi, quantum possunt eleuare conantur. Disputare autem de miraculis in genere, & quæ possibilia sint Deo, pertinet ad q de omnipotentia Dei in prima parte; nulli uerò creaturæ esse possibilia fieri, disputatur in materia de Angelis. Quarta, an sint in Christo duæ filiationes; sed non disputetur in genere, num una numero relatione possit quippiam referri ad diuersos terminos. Quinta, an ratio superior sit passa in Christo. Sexta de descensu Christi ad inferos contra Caluinum.

De Sacramentis in genere.

q. 60. Quęstio, an Sacramentum sit in aliquo prędicamẽto;

non

non uidetur admodum digna Theologo.

q. 61. Vtrùm ſemper, etiam in lege naturæ, fuerit neceſſaria fides, non huc pertinet, ſed ad ſecundam ſecundæ.

q. 62. Vtrùm Deus poſſit uti creatura tanq. inſtrumento ad creandum, potius eſt 1. par. in materia de creatione.

De Baptiſmo.

Omittantur quęſtiones quędam abſurdiores, qualis eſt illa, utrum aſinus poſſit bibere baptiſmum.

De ſolemnitatibus, & cæremonijs baptiſmi breuiter.

Nihil dicatur de cognatione ſpirituali in baptiſmo contrahi ſolita; ſed ad matrimonium tranſmittatur.

De pœna paruulorũ ſine baptiſmo decedẽtium non tractetur hic, ſed in materia de peccato originali in 1. 2.

Sacramenta Confirmationis, Ordinis, & Extremæ unctionis tractentur, prout uacauerit, plenè, uel breuiter; aut etiam prætereantur; cum & faciliora ſint, & habeatur in promptu, unde peti poſſint. Vbicunque tamen propter hęreticos ea tractatio uidebitur neceſſaria, nequaquam omittatur.

De Eucharistia.

An quantitas diſtinguatur à ſubſtantia, Philoſophis relinquatur; ſicut & illud, de quo Scotus hic diſputat, an accidens poſſit producere ſubſtantiam.

De figuris Euchariſtiæ multiplicibus, earumq; comparationibus, uel nihil, uel breuiter.

De Pœnitentia.

An repugnet ſine ulla infuſione qualitatum ſupernaturalium, uel ſine ullo pœnitentis actu iuſtificari peccatorem; & an pœnitere, ſicut oportet, indigeat Dei auxilio gratuito, pertinent ad 1. 2. de iuſtificatione. Illic etiam agendum eſt, non hic, de ordine inter diſpoſitionem, & infuſionem gratiæ.

An in peccatore post peccatum transactum aliquid aliud remaneat præter obligationem ad pœnam, supponatur ex prima secundæ in materia de peccato.

An aliqui destituantur auxilio necessario ad pœnitendum, pertinet ad materiã de gratia 1. 2. q. 111. ar. 3.

Vtrùm pœna damni sit eadem in omnibus damnatis, pertinet potius ad materiam de peccatis, & eorum effectibus.

Quæstiones de restitutione, & eleemosyna, de ieiunio, de oratione, de correctione fraterna remittantur ad secundam secundæ.

Multa etiam, quæ ad casus conscientiæ spectant, relinqui possunt, ut superius annotatum est.

De Matrimonio.

Omittendum uidetur, quod à quibusdam hic tractatur, an uirginitas sit uirtus, & qualis uirtus.

An maleficiũ maleficio possit dissolui, pertineret sanè ad secundam secundæ; sed, quoniam ad eum locum rarò peruenitur, & maleficium inter matrimonij impedimenta numeratur, commodius hic uidetur collocandum.

Matremnè, an uxorem occidere sit grauius, non est huius loci.


De substantia uoti tam simplicis, quàm solemnis tractandum potius uidetur in 2. 2. quàm hic.

Cætera uerò, aut supponuntur ex Philosophia, aut ex alijs locis Theologiæ, uel etiam intellectibus auditorũ sunt satis peruia; quæ ideò non iudicauimus à Regentibus pertractari debere.

STATVTA

STATVTA PECVLIARIA pro Prouincijs Hiſpaniarũ.

DE GRADIBVS THEOLOGICIS, & graduatis.



1 RIMÒ inſtituimus, & ordinamus in ſingulis Prouincijs Hiſpaniarum, & Luſitaniæ inuiolabiliter ſeruandum eſſe eum numerum Magiſtrorum, Pręſentatorum, Patrum honoris, & aliorum graduatorũ, qui in pręfatis ſingulis Prouincijs eſt pręſcriptus: quem quidem graduatorum numerum non licebit in poſterum (neq; Reuerendiſſ. Generali) augere: quod ſi tentare uoluerit, & mutationem aliquam fecerit, eius prouiſio ſit penitus inualida, nec à Prouincialibus eſt aliqua ratione admittenda.

2 Nullus in poſterum promoueatur ad gradus Theologicos, neq; Paternitatis; niſi fuerit pręſentatus à Capitulo Prouinciali; in quo Prouincialis, ac Diffinitores cõficiant literas promotionis, [illegible] ſcriptionibus ſingulorum, & ſigillo Prouinciæ, quòd ſi Generalis aliter ad huiuſmodi gradus aliquem admiſerit, admiſſio ſit penitus nulla.

3 Nullus deinceps pręſentetur à Capitulo Prouinciali ad gradus Theologicos, qui non legerit, & diſputauerit, & ſeruauerit omnia ſtatuta cuiuslibet Prouinciæ pro legentibus, & graduandis ordinata, & etiam, quòd habeat definitam in prędictis ſtatutis ætatem.

4 Lectura uerò tam artium, quàm Theologiæ nemini deinceps concedatur ad libitum Prouincialis, uel Capi-

tuli Prouincialis; sed facto cōcursu, & rigoroso periculo eorū, qui cupiunt legere prędictas facultates, nimirum, ut legant unā lectionem in punctis uiginti quatuor horarum spatio elaboratā; & absoluta lectione respondeāt ad argumenta, & obiectiones aliorum oppositorum. Postea uerò R. Prouincialis cum quatuor Magistris, uel Pręsentatis, qui in Capitulo Prouinciali ad hoc fuerint deputati; qui, si fieri potest, sint actu legentes; uel saltem legerint illam facultatem; per uota sęcreta, iuxtà Deum, & conscientiam suam, peritiorem, & magis idoneum ad legendum approbabunt.

5 Declaramus insuper in singulis Prouincijs Hispaniæ esse numerū duodecim tātum Magistrorū, qui numerus nullo pacto debet augeri, neq; mutari, imò semper inuiolabiliter debet permanere. Magistri aūt, qui sunt eiusdē numeri secundum suam antiquitatem, connumerabunt in comitijs Prouincialibus. At uerò, qm̄ sunt aliqui, qui prędictum numerū possunt excedere, qui ex cōmissione Reuerēdiss. Gn̄alis prędecessoris nr̄i, uel ēt ex nr̄a auctoritate hactenus cōcessa acceperunt, uel accipient laureā doctoratus in aliqua alma Vniuersitate approbata, hi quidē ex benignitate cōnumerātur modo inter doctores; sed semper intelliguntur esse extrà numerum duodecim Magistrorū, quamuis potiri debent priuilegijs, & pręrogatiuis cæterorum Magistrorum.

6 Insuper declaramus, q̄ prędictus duodenarius numerus solùm cōpleri debet ex his, qui prędictæ Prouinciæ statuta legendo seruauerunt: & hi quotiescunq; ad prędicti Magisterij gradū assumētur, semper debent pręcedere cæteros Magistros, qui ex benignitate, & non seruatis statutis gradus assumpserūt in uniuersitate approbata; quare pręfatus numerus duodenarius debet im-

plerì

pleri ex his, qui ad gradũ prędictum de rigore, & iustitiæ fuerunt assumpti, seruatis statutis prędictæ Prouinciæ, quod quidem intelligendum esse uolumus non de Magistris, qui iã sunt usq; ad istud tempus in Prouincia, sed de alijs, q̃ deinceps ad gradũ prędictũ assumentur; nam pñtes Magistri erũt ẽt de numero prędicto duodenario.

7 Itẽ Patres Baccalaurei, & Pręsentati erunt duodecim de rigore iustitiæ, qui ad p̃dictũ gradũ Baccalaureatus, & Pręsentaturæ promoti fuerint a Reuerẽdiss. P. Gñali, seruatis prędictæ Prouinciæ statutis; nimirum quòd legerint Philosophiã, postmodũ per quatuor annos Theologiam Scholasticam in Collegijs Prouinciæ, uel in uniuersitate continuè legerint, & triginta duorum annorũ ętatem attigerint. Cæteri uerò, qui ante, uel post publicationẽ Comitiorũ Gñalium prędictorũ ex benignitate ad prędictũ gradũ Pręsentaturæ fuerunt assumpti, non seruatis statutis prędictis. erunt posteriores in pręcedentia his, qui cum prædicto rigore fuerunt assumpti, etiam si post longum tempus prędictũ gradũ assumpserint. Declarantes, quòd, qui in prædictis Prouincijs Baccalaurei dicuntur, etiam potiantur nomine Pręsentatorum post assumptum gradum in aliqua approbata uniuersitate, nam deinceps in prædictis Prouincijs Baccalaureus, & Pręsentatus idem esse debent, easdemq; leges, & statuta Prouinciæ in legendo, & disputando debent obseruare.

8 Item Patres honoris, & Iubilati non excedent numerum duodenariũ in prędictis Prouincijs; qui non aliter ad prędictum gradum assumentur, nisi in ea ętate, & cũ illis conditionibus, quæ in nostris decretis fuerunt explicatæ; ita tamen, ut semper à Prouincia pręsententur Reuerendissimo Patri; aliter eorum patentes sint

subrepti-

ſubreptitiæ, & nullius momenti; nec à Prouincia (ut ſuperius dictũ eſt) ſunt admittendæ. In Prouincia uerò Luſitaniæ erunt dumtaxat octo Magiſtri, & ſex Pręſentati, & quatuor Patres honoris, nulloq; modo licebit pręd ictum numerum excedere.

9 Item in pręd ictis Prouincijs à Capitulo Prouinciali aſſignentur uniuerſitates approbatæ, in quibus, qui ſunt ad gradus Theologicos aſſumendi poſſint lauream Baccalaureatus, & Doctoratus aſſumere, extra quas non licebit aliquem pręd ictis gradibus inſigniri; ita tamen, ut nullus ad pręd ictos gradus aſſumatur; niſi fuerit pręſentatus à Capitulo Prouinciali Reuerendiſſ. Patri, & ab eo patentes literas expreſsè obtinuerit: ſed quoniam Baccalaurei, & Magiſtri artium, & Philoſophiæ nullum obtinent locum in Ordine noſtro, poterit Reuerendus Prouincialis facultatem concedere alicui, qui propter occaſionem legendi, uel diſputandi in uniuerſitatibus pręd ictis gradibus debeat inſigniri; non tamen propter illas aliquem locum ſuperiorem à ſua profeſſione obtinebunt in Conuentibus Prouinciæ; ſed neque permittimus eos Baccalaureos, uel Magiſtros appellari.

10 Mandamus, & indiſpenſabiliter obſeruandum uolumus, quòd fratres ſtudentes non exeant à Conuentu de die, neq; de nocte ad audiendas laicorum confeſſiones, neque ad reliquias ſanctorum deferendas; ne pręd ictorum occaſione à ſuis ſtudijs diſtrahantur.

11 Ordinamus in Prouincijs Hiſpaniarum Collegia ſequentia: Primum in Prouincia Aragoniæ erunt Collegia Theologiæ, Valentiæ, Cæſarauguſtæ, & Oſcæ; Collegia uerò artium Philoſophiæ ad diſpoſitionem Capituli Prouincialis.

12 Item in Prouincia Cathaloniæ Collegia Theologiæ,

Bar-

Barchinonæ, Illerdæ, Perpiniani, & in Conuentu Maioricarum; Collegia uerò artium Philosophiæ ad dispositionem Capituli Prouincialis.

13 Item in Prouincia Castellæ, Salmanticæ, Compluti, Valisoleti, & Toleti; Collegia uerò Philosophiæ ad dispositionem Capituli Prouincialis.

14 Item in Prouincia Betica sunt Collegia sequentia, Osunæ pro Theologis tantum; studium Hispalense pro Theologis, & studentibus artium; studium Granatæ, & studium Cordubæ pro Theologis tantũ; Collegia alia Philosophiæ ad dispositionem Capituli Prouincialis.

15 Item pro Prouincia Lusitaniæ præter Collegium Conimbricense, & Cõuentum Vlysiponensem, alia tria Collegia sunt erecta, unum pro Theologia in Cõuentu Eborensi; alterum pro studẽtibus artium in Conuentu Reliquiarum; tertium pro iuuenibus grãmaticæ ignaris in Conuentu Mauræ; ita tamen, ut Conuentus Vlysiponensis propter suam auctoritatem semper habeat artium, & Theologiæ professores, qui quidem sint uiri graues, & probi, & sapientes; ut tã in Conuentu, quàm extrà, in publicis disputationibus pro Religionis honore possint comparere.

16 Item ordinamus, quòd, ne studentes à quotidianis exercitationibus magno suorum studiorum periculo diuertantur, in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna priuationis ab officio ipso facto incurrenda, Priores prędictorum Collegiorum, & Conuentuum, in quibus fuerint studia artium, & sacræ Theologiæ, nulla occasione, nulloúe quęsito colore studentibus facultatem conferant exeundi à Cõuentu; ut aliquam personã oppidi, uel ciuitatis uisitent, quamuis ad hoc strictæ amicitiæ, uel cognationis uinculo teneantur, nisi in casu raro, & euidentis

euidentis necessitatis; sed, ne prędictis studentibus desse uideamur in necessarijs, ordinamus, quòd prędicti Priores dictorum Conuentuum præcipiant Procuratoribus illorũ, ut quærant, uel emant quicquid prædictis studentibus fuerit necessarium; studens uerò, qui præfatum decretum non obseruauerit, sed uel à domo, uel ab uniuersitate egredi uoluerit, rigidè puniatur, secundum cuiuslibet Prouinciæ statuta edita, & obseruata.

PRO BONO REGIMINE prædictarũ Prouinciarum.

1 VANDO Capitulum Generale erit celebrandum, ordinamus, quòd, si contingat Prouincialẽ illo anno Dominica tertia post Pascha officium suũ terminare, ad tollendas expensas, & alia multa incommoda, quæ ex celebratione Capituli Prouincialis contingere possint, prędictum Capitulum Prouinciale in annum sequentem prorogatur, eademq; Dominica tertia celebretur, in quo officium prædictorum Prouincialium terminabitur iuxta dispositionem Ordinis nostri.

2 • Nemini poterit Reuerendiss. Generalis facultatem concedere extrà ordinem, siue in domibus suorum parentum, siue in aliquo hæremitorio cum habitu retento permanendi, etiam si ponatur in literis patentibus clausula, quòd sit subiectus obedientiæ Prioris, & Prouincialis talis Prouinciæ; Nam grauissima, & manifestissima scandala sunt inde secuta, quibus Religionis honor maximam fuit passus iacturam; omnes autem huiusmodi

facul-

facultates concessæ & in posterum concedendæ, declarantur cassatæ,& penitus annullatæ: pari etiam ratione nemini deinceps Reuerendiss. Generalis poterit concedere facultatem eundi ad Indias, siue Orientales, siue Occidentales; nisi per Capitulum Prouinciale fuerit petitum,& obtenta uenia à Rege Catholico; aliter concessio sit nulla, & penitus reuocata.

3 Nemini unquam ex regularibus nostris concedere potest Reuerendiss. Pater Generalis patentes literas, quibus illum sibi,uel alteri faciat immediatum,& à correctione sui Prioris, uel Prouincialis exemptum; nam inde sumitur occasio frequens,quòd fratres huiusmodi ad libitum uiuant, & delicta eorum penitus maneant impunita. Concessas uerò hactenus, & si quæ in posterum forsan cōcederentur, nunc, pro tunc irritas,& inanes, & nullius ualoris esse declaramus.

4 In quolibet Capitulo Prouinciali semper eligantur duo socij pro Capitulo Generali futuro, & custos Prouinciæ, si forsan in illo triennio contingeret celebrari; Quod si non celebretur,rursum in Capitulo Prouinciali sequenti eligantur prædicti duo socij,& Custos Prouinciæ; nisi fortè ipsa Prouincia uellet electos in pręcedenti Capitulo Prouinciali approbare. Quod uel maximè fieri debet ad euitandas expensas, quæ fieri solent, quando cōgregatur Prouincia solùm pro electione prædictorum facienda. Quòd si contingeret aliquem ex prædictis socijs mori, uel canonicè impediri, quominus accedere possit ad Capitulum Generale, ille assumatur in socium, loco illius impediti, qui in prædicta electione sociorum plures uoces habuisset. Si uerò Custos Prouinciæ moriatur, eius locum habebit Vicarius per Reuerendum Prouincialem nominatus iuxtà

Constitutiones nostras; si tamē contingerēt Prouinicialem mori, uel priuari, uel assumi in prædicto triennio, (licèt Prouinciale Capitulum pro electione futuri Prouincialis non completo triennio celebretur) non fiant electiones sociorum, & Vicarij; sed factæ in præcedenti Capitulo debent firmiter permanere.

5 v Si quis extrà prouinciam suam absq; præsentatione Capituli Prouincialis fuerit tonsura clericali donatus, uel ordinibus sacris initiatus, & in suā postmodum prouinciam reuertatur, etiam cum patentibus Reuerendiss. Generalis, non aliter recipiatur in sua Prouincia, nisi in eodem statu, quo erat quando à Prouincia fugit, uel apostatauit, sublata omninò facultate Reuerendissimo Patre Gñali aliter faciendi, uel ordinandi, uel mādandi.

6 x Quoniam uitæ sanctitas, & deuotio, quam fideles nobis ostendunt, multò magis in Regularibus nostris debet splendere, rationi uidetur consonū, & prçsertim pensata nostrorum temporum calamitate, ut fratres nostri nondum ad sacerdotium promoti, & fratres laici singulis diebus Dominicis confiteantur peccata sua, & sacram Eucharistiæ communionem, præter duodenas in Ordine nostro communiones consuetas, accipiant in missa conuentuali; nisi conscientiæ R. Prioris uideatur cum aliquo debere dispensari, ut uel à cōmunione illius diei penitus se abstineat; uel quod hora magis cōmoda illam recipiat. Qui uerò huius decreti repertus fuerit transgressor, aut aliquo modo contemptor, acerrimè puniatur.

7 Singulis diebus fratres nostri congregabunt in choro pro oratione mentali facienda; quam prçcedere debet aliqua lectio de libris deuotis, & contemplatiuis; post quam fratres humiliter, & deuotè perstabunt per dimidiam

diam horam post matutinas; similiter & per alteram mediam post completorium: & ad hanc ultimam conuenire debent omnes nō legitimè impediti, cuiuscunq; gradus,& conditionis existant,etiam Magistri,& Lectores, & studentes, & fratres laici: renuētibus uerò pœna rigida imponatur: Similiter quoque uolumus fratres nostros singulis sextis ferijs in choro conuenire; ut proprijs, uel prælati manibus disciplinam cum psalmo Miserere mei Deus &c. humiliter recipiant. In Aduentu autem, & Quadragesima, etiam singulis ferijs quartis eandem recipiant disciplinam.

8 Singulis quoq; mensibus fiant processiones solemnes in honorem Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo Dominica secunda cuiuslibet mēsis, uel alia Dominica non impedita post uesperas solemniter decantatas; quibus absolutis fiat concio ad populum (quando id obseruari possit) in qua Concionator indulgentias, gratias, priuilegia, & facultates Ordini nostro, & fratribus, & confratribus concessas explicabit. Mense autem Iulij festum commemorationis B. Virginis Mariæ in Dominica competenti eiusdem mensis, maiori, qua poterit, solemnitate celebrabitur.

9 Non concedantur amplius patentes pro conuentualitate, siue permanentia in aliquo Conuentu perpetua; & hactenus per quæmcunq; Superiorem concessæ penitus sint reuocatæ. Imò, quando Prouinciæ uidebitur expedire, poterit deinceps fratres nostros ad officia curam animarum habentia subeunda cogere, sub pœna amissionis loci,& uocis, & gradus,& dignitatis; nisi Capitulo Generali propter aliquas manifestas causas, & Conuentus utilitatem aliter faciendum uisum fuerit. Causas autem præsentabit Capitulum Prouinciale, uel

Prouincialis , uel socij sui in dicto Capitulo Generali existentes, ac petentes.

10 • Item uolumus, quòd in prædictis Prouincijs Hispaniarum inuiolabiliter obseruetur, ut in Conuentibus paruis, ubi non fuerint octo fratres locum, & uocem habentes ad Priorem ritè, & canonicè eligendum iuxtà decretum sacri Concilij Tridentini; huiusmodi Priores eligantur in Capitulo Prouinciali à Prouinciale, & Diffinitoribus, cæterisq; de gremio diffinitorij Capituli Prouincialis per uota secreta. Quod si contingat in triennio aliquem Priorem in prędictis Conuentibus paruis, uel mori, uel assumi, uel priuari, poterit Reuerendus Prouincialis cum quinque, aut pluribus patribus, siue sint Magistri, siue Priores uiciniores, siue patres antiquiores, & uenerandi, quos nouerit, etiam sana conscientia, & moribus, & uirtutibus esse præditos, præfatum Priorem eligere, seruata tamen forma sacri Concilij Tridentini, & Ordinis nostri Cõstitutionibus, & non aliter, neque alio modo.

11 • Fratrum nostrorum consolationi, & Conuentuum pręfatarum Prouinciarum honestati, & clausuræ satisfacere cupientes, mandamus, quòd deinceps, neque Priores, neque etiam Prouinciales possint concedere licentiam alicui ex fratribus nostris pernoctandi, aut permanẽdi extrà Conuentũ ab hora pulsationis Angelicæ in uespere, usq; ad ortum solis sequentis diei, quacunque occasione urgentissima data, nisi pro confessionibus dumtaxat audiendis; quibus absolutis statim ad Conuentum reuertatur; neque ibi possit permanere; nisi fuerit domus personæ notabilis, & nostri ordinis deuotæ, uel patris, aut matris, aut fratris, aut sororis alicuius fratris nostri; si aliquem ex ipsis contingeret

pericu-

periculosè infirmari; nunquam tamen exibunt fratres prędicto tempore, nisi lumine accenso, & quibusdam uiris sęcularibus comitati.

12 Item eleemosynæ ex concionibus ponantur in arca depositi pro fratrum Concionatorum necessitatibus subleuandis. Salaria uerò, & iura propter Cathedram legendi in uniuersitatibus Conuentui sint applicata: Capitulum tamen Prouinciale ordinabit in quibus rebus sint illa distribuenda; & si aliqua portio illorum Lectoris necessitatibus sit applicanda: Caueatur omninò, ne Conuentus maneat notabiliter defraudatus.

13 In Conuentibus maioribus octo fratrum locum, & uocem habentium numerum excedentibus fiat electio Prioris à fratribus conuentus; sed Reuerendus Prouincialis tenebitur eis pręsentare quatuor patres debitis qualitatibus, & uirtutibus, & moribus ornatos; ex quibus dumtaxat unum eligant in Priorem; aliter electio sit penitus nulla, & cassata; quem tenebitur Reuerendus Prouincialis confirmare; nisi manifestus error, uel in electione, uel in eligentibus possit probari.

14 • Pouinciales Hispaniæ, & pręsertim Lusitaniæ poterũt mittere fratres suos ad Indias Orientales, uel Occidentales, uel Peru, uel Regnum Brasil pro Conuentuum receptorum conseruatione, uel pro recipiendis de nouo Conuentibus: Imò (si opus fuerit) illos cogant tam pœnis, quàm censuris: non enim fratres nostri, dum profitentur, aliquam exprimere possunt conditionem, ut promittant se posse seruare obedientiam in terra, sed non in mari; cum igitur absque ulla conditione Patri Ordinis suam promittant obedientiam, absit, ut aliquis ex regularibus nostris præcepto sui Prouincialis,

uel Capituli Prouincialis possit tuta conscientia contradicere; sed, quò illum Superioris præceptum miserit, promptè, & humiliter, & absque ulla contradictione se conferat

SI quæ alia moderatione,& reformatione nobis uisa fuerint digna, post uisitationem nostram illarum Prouinciarum determinabimus : interim, hæc nostra seruentur Decreta; & in ijs, de quibus nos hic nullam facimus mentionem, seruentur Constitutiones nostræ, uel consuetudo Prouinciarum, & locorum.

VT nostræ, nostrorumq; Religiosorum conscientiæ satisfaceremus, expedire nobis uisum fuit, nr̄am sententiam circa depositum etiam sententia aliorum Theologorum, qui non essent ex nostra Religione, confirmari. Ea de re infrascriptum cōsilium,& responsum à prę̄stantissimis Theologis Societatis Iesu in Collegio Romano exaĩatum, & traditū hic imprimi curauimus.

AN sit contra uotū paupertatis mos, qui solet esse in quibusdam Religiosorum ordinibus, nimirū pecuniæ ratione concionum,aut lectionum,uel alterius ministerij datæ alicui Religioso in locum communem conferuntur, qui uocatur depositum, cuius clauem habet Superior,uel alius,cui Superior cōmittat. Et huiusmodi pecuniæ licet libera Superioris auctoritate expendi in usus, quos ipse uoluerit, queant; nunquam tñ expenduntur, nisi in usus eius, cui datæ sunt, & cuius nomine in communi loco reponuntur. Imò ipse Religiosus, qui in loco cōmuni deposuit, expendit ea, prout

indiget,

indiget, ex Superioris tamen assensu.

1 Pono, ut certum apud Summistas, & iuris Canonici interpretes, cum uoto paupertatis pugnare omne dominium rei pecunia æstimabilis, & quasi dominium; Item dominium directum, siue utile; Item usum, usumfructum, possessionem, administrationem, prout fuerit iuris, non facti. Dominium est ius, & facultas expendendi rem in quoscunq; usus lege permissos, non pendens è nutu, & uoluntate alterius. Item dominium propriè est rerum corporalium, quæ aliquo corporis sensu apprehendi queunt. Quasi dominium est rerum incorporalium; iura enim, actiones, & seruitutes propriè non sunt in nostro dominio, sed quasi dominio. Religiosus autem professus nec est capax dominij, nec quasi dominij; sicut nequit esse dominus pecuniæ, ita nec habere potest titulum beneficij, pensionis, uel annui reditus, aut alimenti menstrui, aut quotidiani, nec feudum, nec emphyteosim.

2 Pono, ut est certum, pugnare cum uoto paupertatis, quòd quis sit Religiosus professus, & non amittat oẽm usum rei sine expresso, uel tacito sui Superioris assensu, siue speciali eius, aut generali concessu. Ita Syluester, Angelus, ita Abbas, Inno. Hostien. Io. Andreas in cap. cum ad Monasterium, de statu Mona.

3 Pono ut certum proprietarium esse Religiosum, qui habet aliquid etiam uoluntate Superioris concessum; si illud habeat non ad nutũ Superioris reuocabile: tunc enim in eo non solum habet usum facti, sed usum iuris, sic prędicti Doctores.

4 Pono proprietarium non esse Religiosum, qui habet usum rei, possessionem, administrationem, prout sunt facti, non iuris. Tunc autem ista sunt facti, non iuris,

quando habentur Superioris concessu expresso, uel tacito, & ad nutum eius reuocabilia. Tunc sunt iuris, nõ facti, quando habentur uel sine expresso, aut tacito Superioris assensu, uel non ad nutu eius reuocabilia.

Ex his colligo solutionem quæsiti. Aut pecuniæ in cõmuni loco repositæ ex Superioris facultate, pendent semper ex libero Superioris nutu, & uoluntate; ita ut is possit, non solùm ex Regula, Constitutionibusúe, sed etiam ex more liberè eas expendere; & tunc quamuis sint nomine certi Religiosi in loco communi repositæ, & cum nomine eius inscripto, nulla proprietas contrahitur contra uotum paupertatis; quoniam solus est usus rei, siue pecuniæ in facto consistens, non iure; Sic Religiosi habent in suis cellis libros, quibus utuntur; sic habitant in suis cellis: Et, quamuis contingat interdum, ut Religiosus perpetuò ad uitam cella, uel libris eisdem utatur, proprietarius non est, quandiu cella in qua habitat, & libri, quibus utitur, Superioris nutu auferri, commutariúe possunt, & alteri ad usum dari; Sic uéstes Religiosorum in communi loco reponi solitæ, etiam si certi Religiosi inscriptum nomen habeant, propriæ alicuius minimè dicuntur, aut habentur; quoties in loco communi reponuntur; ita ut pendeant ex libero Superioris nutu: Nec refert, quòd semper dari solet ad usum eius, cuius nomen inscriptũ habent; hoc enim est facti, non iuris; & usus facti non pugnat cum uoto paupertatis, sed usus iuris.

Aut pecuniæ in communi loco repositæ nõ pendent è nutu, & uoluntate Superioris; & tunc proprietas contrahitur contra uotum paupertatis: tunc enim non est usus facti, sed iuris: Et si hoc consuetudine est introductum, corruptela est contra uotum, & proinde non

ualet;

ualet; quia eſt contra ius naturale, & diuinum, & non ſolum contra Regulam, aut Conſtitutiones.

Sciendum tamen eſt, non ideo pecunias in communi loco depoſitas eſſe certi Religioſi proprias, quoniam ſemper Superior dat facultatem, ut eæ expendantur in uſus eius, qui depoſuit; hoc enim eſt facti, non iuris; Satis eſt, ſi poſſit aliter expendere, & hoc non ſolum ex Regula, & Conſtitutionibus, ſed etiã ex conſuetudine; & ſatis eſt, ſi quandocunq; dãtur in uſus eius, qui depoſuit, id fiat ex licentia Superioris expreſſa, uel tacita.

Si quęras quandonam huiuſmodi pecuniæ cenſentur conſuetudine non pendere ex nutu Superioris. Reſp. quando conſuetudo uim habet contra nutum Superioris; ita ut ſi uelit Superior, eas pecunias aliter expẽdere, non permittetur excepta, & allegata contra ipſum conſuetudine contraria, ratione cuius Superior deſiſtit ab expendendis pecunijs prout uult. Quid ſi Superior aliter expendat, & is, qui depoſuit, conqueratur, eò quod non ſeruentur pecuniæ in ſuos uſus? Reſp. Superiorem iure ſuo uti; nec religioſo, qui depoſuit, ullam iniuriam facere; ſed peccatum totum eſt ex parte ipſius religioſi; qui malè conqueritur de eo, quod Superior licitè facit. Quod ſi oẽs, qui deponunt, conquerantur, ipſi in culpa ſunt, non tamen Superior, aut Religio.

Quæſtio.

Poſito quòd religioſorum communitas nec dat, nẽc dare poteſt ea, quibus egent religioſi ad ſuos uſus neceſſarios, quomodo religioſi ſibi queant ſubuenire ſine

necessaria, & non alia: Nec enim uotum paupertatis, quod emisit, tollit usum rei ad uitā simpliciter necessariæ. Sic eiectus è Religione professus, cum semper maneat uotis astrictus, licitè tamen perquirit alimēta uitæ necessaria: Eorum tamen dominium sibi non acquirit, sed tantū usum necessarium uitæ; nihil, aut parū differt Religiosum intra Religionē manere; sed quem Religio ipsa alere nequit, ab eo, qui è Religione dimissus, sibi uictum necessarium perquirit.

Hæc omnia mihi uidentur uera, re collata cum alijs nostræ Societatis Theologis, & ita meo noīe subscripsi. Ex Collegio Romano Societatis Iesu, decimo die Maij, anno Domini 1593.

Ioannes Azor Magister, Theologiæ professor, & Præfectus studiorū in Collegio Romano Societatis Iesu.

POterunt etiam cōsulere Regulares nostri Doctorem Nauarrum in cap. Non dicatis 12. q. 1. de Regularibus Commentario 2. ubi agit de dominio bonorum ipsorum per totum, potissimum uerò §. 14. & 15.

BReue Sanctiss. D. N. Clementis Papæ Octaui contra procurantes fauores, & literas cōmendatitias à quibuscunque personis tam secularibus, quàm ecclesiasticis, quacunque dignitate fulgentibus extra Religionem nostram pro impetrandis honoribus, gradibus, dignitatibus &c.

CLEMENS PAPA VIII.

AD Perpetuam rei memoriam. Quoniam nemo debet sibi assumere honorem, nisi uocatus à Deo tanquam Aaron, & à regularibus uitæ instituto ualdè

alienum

alienum est, ut Religiosi uiri, quos honorum, & dignitatũ gradus sanctitate uitæ, ac alijs religiosis uirtutibus potius promereri, quàm appetere, eosq; gradus cum ad eos assumuntur, obediẽter suscipere, susceptosq; humiliter administrare decet, mendicatis secularium, præsertim personarum studijs, ad eos sibi aditum patefacere contendant; Vnde magna in Ecclesia Dei pernicies adferri solet; Nos, qui pro muneris nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, Regularisq; disciplina pristino candori restituatur, huic malo opportunum remedium adhibendum censuimus. Cum itaque, sicut accepimus, quidam in ordine Carmelitarum professionis, & regulæ, quam professi sunt, penitus immemores, nimiaq; dignitatum & officiorum Ecclesiasticorũ in dicto ordine consequendorum ambitione ducti pro ijs consequendis Ecclesiasticorum, & Secularium Principum studia requirant, & à Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, alijsq; Prælatis cõmendatitias literas, aliosq; fauores, & gratias propterea expetant, quibus adiuti, quos ex se sibi promeruisse minimè confidunt, gradus, & dignitates in eodem ordine consequi ualeant; sicq; eiusdem ordinis quietem non sine animarum suarum periculo perturbant. Nos malũ hoc ab eodem ordine, cuius prosperum regimen, & incrementũ ad Ecclesiæ sanctæ utilitatem sinceris exoptamus affectibus, pro nostra Pastorali sollicitudine propellere summopere cupientes. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulos fratres dicti ordinis cuiuscunq; sta-

& alia officia dicti ordinis assequenda intenti ad Principum, & Prelatorum, atq; aliarũ quarũcunq; personarũ, tam secularium, quàm ecclesiasticarum de gremio dicti ordinis non existentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacunque seculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium fauores recurrerint, uel etiam pactis, pollicitationibus, alijsq; uijs, directè, uel indirectè, palam, uel occultè ad Prelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prędicta obtinenda aspirauerint, uel alijs minimè legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quæsiuerint, aut ẽt spontè oblatis, & minimè conquisitis usi fuerint, illorumq; complices, & fautores ad quascunq; Prelaturas, dignitates, & officia, gradusq;, honores, administrationes, & munera in ipso ordine obtinenda perpetuò inhabiles declaramus, ac obtẽtis per eos prelaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officijs huiusmodi eo ipso priuamus, ac priuatos uoce tã actiua, quàm passiua carere decernimus, & declaramus, atq; in uirtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna omnibus dicti ordinis fratribus, Superioribus, & Prelatis quocunq; titulo nuncupatis, etiam Generali, presentibus, & futuris prêcipimus, districtèq; mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, uel fauoribus adducti, uel aliàs ad instantiã, seu requisitionem, uel contemplationem Principum, uel Prelatorum, aut aliorum quorumcunq; tam secularium, quàm ecclesiasticorum extrà dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, & Ducum ad cuiusuis generis Prelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia predicti ordinis

promouere

promouere, uel pœnas aliquas remittere audeant, seu prǽsumant. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, seu Prioratus, uel officia dicti ordinis contra prǽsentium dispositionem (quod absit) quandocunq; faciendas, & pro tempore obtẽtas nullas prorsus, inualidasq; fore, & esse, nullisq; uiribus substitutas, omnes, & singulos in prǽmissis delinquentes nulla alia monitione prǽcedente, & absque processu desuper habendo, sententias, & pœnas prǽmissas irremissibiliter eo ipso incurrere, & ad illos sententias, & pœnas prǽmissas damnabiliter incurrisse legitimè probandũ, & omninò conuincendum solas prǽmissarum personarũ instantias, preces, & fauores, etiam oretenus porrectas, plenam, indubiam, & sufficientem in iudicio, & extrà fidem facere, nec ad id probationis alterius adminiculũ requiri; Et ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palacij Apostolici Auditores, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, ac diffiniri debere, ac irritũ quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate sciẽter, uel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, uel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac ordinis huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs

duntaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si prędictis fratribus, uel quibusuis alijs communiter, uel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, uel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenã, & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt autem harum literarum notitia ad omnes dicti ordinis fratres facilius deueniat; Volumus illas in Generali Capitulo, seu Dieta dicti Ordinis publicè legi, illasq; in dicto Capitulo, uel Dieta lectas sic arctare, ac si legitimè unicuique intimatæ fuissent, illarumq. exemplis, uel impressis manu Scribæ dicti Capituli, uel Notarij publici subscriptis, & sigillo Rectoris Generalis dicti ordinis, uel alterius in dignitate Ecclesiastica constituti obsignatis, eandem prorsus fidem haberi, quæ pręsentibus haberetur, si eædem exhiberent. Dat. Tusculi sub annulo Piscatoris, die 21. Maij 1593. Pontificatus nostri anno secundo.

M. Vestrius Barbianus.

BReue eiusdem Sanctiss. D. N. Clementis Papæ VIII. pro conseruatione Bibliothecarum ordinis Carmelitarum.

CLEMENS PAPA VIII.

AD Perpetuam rei memoriam. Quæ ad tuenda, & cõseruanda bona, & iura spectantia ad personas, & loca ecclesiastica in ijs auctoritatem nostram libẽter interponimus, prout in domino conspicimus salubriter expedire. Volentes itaq. conseruationi Bibliothecarũ in quibusuis Domibus, & Conuentibus ordinis fratrũ Carmelitarum pro communi eorum usu institutarum, & instituendarum opportunè prospicere. Motu proprio,

prio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Vniuerſis, & ſingulis perſonis eccleſiaſticis ſecularibus, & regularibus, ac etiã laicis cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, uel cõditionis exiſtentibus auctoritate Apoſtolica per pręſentes interdicimus, ac diſtrictè prohibemus, ne deinceps perpetuis futuris temporibus ex Bibliothecis prędictis, aut earum aliqua libros, & monumenta ſiue impreſſa, ſiue manuſcripta ibi exiſtentia amouere, uel ſubtrahere quo quo modo pręſumant. Hos enim quoſcunq; amouentes, & ſubtrahentes excommunicationis ſententiæ ipſo facto incurrendæ, à qua ab alio, quàm à Romano Pontifice, niſi duntaxat in mortis articulo abſolui non poſſint, ſubiacere uolumus, atque decernimus. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, & ordinis prędictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica uel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, cęteriſq; contrarijs quibuſcunque. Verùm, quia difficile foret pręſentes literas ad ſingula quæq; loca, ubi expediens foret, deferri, uolumus; & ſimiliter dicta auctoritate decernimus, quòd illarum exemplis, etiam impreſſis, in dictis Bibliothecis, & loco conſpicuo, ubi commodè legi poſſint affixis, ac manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo eiuſdem ordinis Generalis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, uel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctũ Marcũ ſub annulo Piſcatoris die 29. Maij 1593.

Supraſcripta duo Breuia Sanctiſſ. D. N. Clementis Papæ VIII. legitimè, & ſufficienter publicata fuere in Capitulo Generali Cremonæ proximè celebrato corã uniuerſo cętu Patrum ibidem exiſtentium die 8. menſis Iunij 1593. quæ etiam, ne quis ignorantiam prętẽdere ualeat, uel ſub aliquo prętextu, aut quæſito colore ſe ſe excuſare, hic imprimi curauimus.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M.

Omnes ſunt Duerniones.



CREMONAE, Apud Chriſtophorum Draconium
Ex Superiorum Conſenſu, 1593.